Et quod ob id dictiones uniuersales restringuntur, ut non operentur uniuersaliter, & ita quidem, ut sonare uidentur, imò quando de mente legislatoris constat non est aliter, de restrictiua interpretatione tractandum inquit idem Bald. consil. 326. ad fin. uolumin. 1. sed id uerum est & procedit quando etiam uerba sūt certa, ut ipse ibidem declarat, at hic dubia erat ergo. & plus quod etiam si certa fuissent, interpretatione haud est negligenda, quæq; dubitationis tollendæ gratia dicuntur, & ex abundanti, nō debent uiuare scripturas. l. quæ dubitatio nis tollendæ gratia l. non solent. ff. de regu. iur. l. 1. §. sed sciendum est. ff. de ædil. edic. Bald. in l. ad fi. C. de iure emphit.

Et quod in c. isto potest id unum quoq; uerificari, iam factum apud nos, trito sermone pro uerbium, sufficere si in paucis amici laboribus consulatur, de quo alias in l. si tutori. C. de nego. gest. & ad p̄positum hic, quod pallio utatur. Archiepiscopus in prouincia diebus solennibus, & non extra istudq; sibi sufficiat & est simile in iudæis, quia si ex gratia tolerantur ut hic Venetiis & Romæ id non debet ad necessitatem trahi sufficit enim & c. d. l. si tutori. l. tutores. §. 1. ad fi. ff. de admi. tū. & ideo possunt à principe expelli & bonis etiam priuari, ut inquit Old. consil. 87. col. 1.

Et quod pallium significat plenitudinem p̄sonificalis officii in Archiepiscopo in partem sollicitu-

citudinis uocato, ut in papa plenitudinem potestatis, nec secus quam annulus in muliere matrimonium. c. ad honorem c. nisi supra eo. c. illud de presumpt.

Et quod deniq; pallium adhuc traditur sibi ut cum honoris augumento, crescat quoq; sollicitudinis cura, & cultui vestiu, actionis quoq; Ornamenta conueniant, neve pallio rursum decorerentur, moribus indecori ut signanter dicitur in c. contra moram ad fin. & in c. rationis c. d. & not. in d. c. ad honorem. Finis.

DE TEMPORIBVS ORDINATIONVM.

ALEX. III. EPISCOPO HERFORDEN.

DE eo autem q; quæsiuisti, an liceat extra ieiunia IIII. tē porum aliquos in hostiariorum, lectors, exorcistas, uel accolitos, aut etiam subdiaconos promouere: T.r. quod licitum est, Episcopis, Dominicis, & aliis festiis diebus, unum aut duos ad minores ordines promouere, sed ad subdiaconatum nisi in quatuor temporibus aut sabbato sancto, uel sabbato ante dominicam de passione, nulli episcoporum præterquam Ro. Pon. licet aliquos ordinare.

Dubitandi rationem faciebat, quod extra tempora hic statuta sacri ordines conferri possint, quia Romæ de consuetudine ita conferri solent c. i. supra eo. ergo & alibi, quoniam à capite non licet membra recedere, hoc est ab ecclesia Ro. quæ est caput & mater aliarum. c. cū non liceat de præscrip. cap. fi. xi. d. c. i. c. ii. xii. d. & maximè quia dignitate episcopali nulla est maior, hinc uidemus quod papæ se episcopum uocat supra in prohe. Grego. in princi. ergo episcopus debet posse facere id, q; extra dicta tempora facit etiā Papa, ut hic & in d. c. i. c. in causis de re iud. & quia deniq; si minores ordines ad libitum, extra dicta tempora conferuntur, q; conuenit ut maiores & sacri etiam conferantur. argumentum in l. fi. ff. de fun. Inst. instrumentoq; lega. Bar. in l. i. nu. xix. ff. de actio. & ob.

Cotramum tamen hic deciditur, & ratio decisionis est quia cum fuerit à lege tempus præfixum formaliter, & limitatum, in ordinationibus illud utiq; seruari debet, argumentum in l. cum hii in §. si prætor. ff. de translac. & in l. qui Romæ in §. flauius. ff. de uer. ob. & in l. in agris

ff. de acqui. re. do.

Ad opposita responderetur, facile non obstat primum quia antecedens verum est, consequens falso, quia Romæ consuetudo seruanda est non alibi quamquam romana ecclesia, quoad alias sit mater, & caput aliarum ecclesiæ cap. certificari de sep. ex quo secundum quoq; tollitur, cum papæ sit id specialiter concessum propter plenitudinem potestatis d. c. i. supra eod. ergo cæteris prohibitum c. 2. de translac. prelati. Non ob. ultimum deniq; quia nec id uerum est, in his quæ sunt iuris ut hic & in d. c. i. i. in princip. ff. de serui. rusti. prædio. c. frequens de rest. spo. in vi. maximè quia (ut dixi) formaliter à lege tempus præfixum est atq; determinatum in maioribus ordinationibus.

Præstatq; nobis decretalis ista argumentum ad multa & maximè, quod responsio debet esse congrua interrogationi de quo etiam in l. si defensor in §. qui interrogatus. ff. de inter. ac. quodq; uerba respondentis referuntur ad omnes qualitates in interrogatione appositas ut pulchrè dicit Alexand. quoq; in l. si seruus in §. si à filio. col. i. ff. de lega. i.

Et quod exempla non restringunt regulam. §. hactenus insti. de grad. l. damni infecti sup. pertinet ff. de dam. infec. & consequenter licet dixerit tex. unum uel duos ad minores ordines promoueri posse quodam modo gratia exempli quod nihilominus promoueri poterunt plures, dum modo non appareat generalis ordinatio. ut hic per gloss. est uerum quod aliquis nuerunt contrarium, præterim Hosti. & Abb. inhæretes literæ & maximè qui dies isti sapientus iterantur, tamen ego cum glo. facile teneam, ex quo materia fauorabilis est & in dubio uores ampliari debent odia verò restringi. cum quidam ff. de libe. & posthum. ergo. cor. gita,

Et quod papæ lege positiva non ligatur, eius q; persona semper excepta intelligitur cap. uenientes de iure iu. not. in l. i. ff. quod quisq; iu.

Et quod indefinita legis oratio æquipollit uniuersali l. si pluri bus ff. de legat. 2. l. si seruitus. ff. de serui. urb. prædio. cumq; dixerit hic tex. de minoribus conferendis uni uel duobus, aut (ut dixi) pluri bus indefinita; quod omnes una die conferri possent c. si romanorum xix. d. c. cum his, de eo qui fur. ordire. Nisi consuetudo se aliter habeat, quia tunc fecus l. minimè ff. de legi. l. imperatores. ff. de pollicita.

Et quod deniq; ea quæ sunt reseruata papæ in signum specialis priuilegii si inferioribus comunicarentur, uilesceret eius auctoritas nec differret à superiori inferior, dictu absurdissimum c. cuncta per mundum c. per principale. ix. q. iii. igitur non mirum si ipse solus extra dicta

dicta tempora, sacros ordines conferre potest. c. quod translationem de offic. lega. multa in l. ff. de offi. eius cui man. est iu. Finis.

VRBANVS III. ARCHIEP. PISANO.



Vm quidam & infra: episco pū qui die quo non debuit, odines celebrauit, canonica disciplina corrige re, & ordinatos à suscep- tis ordinibus, tam diu redere debes expertes, donec apud nos restitutio gratiam consequantur.

Dubitandi rationem faciebat, quod imò ordinati extra quatuor tempora suscipiant ordines tex. in c. sanè supra eo. & infra in c. consultationi, ubi hoc idem clarè legitur. & adeo hoc idem uerum est, ut net ista ratione episcopus ordinans, sit canonica disciplina corrigendus. de quo etiam in c. 2. supra eod. vbi habetur adhuc ordines aliis diebus etiam conferri posse. Maximè quia episcopi, (ut de iudice dicitur) officium latissimum ē l. i. ff. de iu. o. iud. l. ubicūq; ff. de int. actio. Et quia non debet fieri differentia inter vnum & alium diem. Cum nec tempus sit etiam de substantia ordinationis.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio decisionis est, quia ordinatio facta fuit, tempore quo fieri non debuit, & quia forma debet ferari. l. qui Romæ §. flauius ff. de uerb. ob. l. scio ibi quadam quasi forma obstrictus. ff. de ap. quo sit ut iure merito suspendi debeat, donec dispensetur cum ordinatis, & ordinans quoq; puniatur, tanquam contemptor canonum.

Ad opposita responderetur, & facile quidem nec primum obstat, quoniam ordinati benè characterem recipiunt, ut in d. iuribus, sed non executionem resistente lege ut hic, et minus secundum quia minores conferuntur, non maiores & sacri, ex quo intra quatuor tempora, uel sabbato sancto, uel sabbato ante dominicā de passione & fusius ut ibi & per Abb. in d. c. sanè & in d. c. consultationi. Non ob. tertium

quia uerum est seruata tamen forma & intra ordinationum tempora, non extra & sic falsum quod ordinatio aliter valeat. Non quartum quia uerum est ex quo unus non est altero maior, sed tamen quoad ordinationem debet tempus seruari, ita positiva lege limitatum. Non ultimum deniq; quia licet non sit de substantia, est tamen de forma, qua non seruata actus est nullus d. §. flauius d. l. scio, ergo dispensatio necessaria & suspensio donec restitutio gratiam consequantur.

Præstatq; nobis decretalis ista argumentum ad multa & maximè ad illud uulgatū, qui non facit quod debet, eidem obuenit quod nō credit. hoc est coerceri debere qui commitit in le gem, & aliter non audiri, argumentum in c. quia frustra de usu. & in l. auxilium ff. de mino. & in l. acceptam in §. fi. C. de usu. Fel. in rub. de treu. & pa. col. pe.

Et quod dolo carere non uidetur, qui id omissit quod ex officio (quia lege cautum erat) facere tenetur l. dolus. ff. manda. c. cum æterni. de re iud. in 6. Ancha. consil. 3 16. colum. 2. Ferrarien. consil. 22 1. num. xxviii. uol. ii. Cy. in l. 2. C. si aduer del. Pau. cast. consil. xxxii. colum. ii. uolum. ii.

Et quod ad idem dolus nemini patrocinari debet l. ne ex dolo ff. de dolo l. itaq; fullo ff. de fur. in princi. c. sedes apostolica de rescript. nimurum igitur hic si episcopus canonica disciplina est corrigendus, qui die quo non debuit ordines celebrauit.

Et quod stultus in culpa fit sapiens in pena c. nisi & ibi Bald. numero secundo de offic. lega.

Et quod deniq; puniendus est quis in eo in quo deliquerit, ut etiam dicitur in c. sanè & in c. literas supra eo. ut episcopus hic, qui priuatior ob id, quod die quo non debuit ordines celebrauit, potestate conferendi ordines l. quicq; .C. de ser. fugi. l. rescriptum ff. de his quib. ut indi. l. ex facto .§. iulianus ff. de uulga. & pup. sub. notaq; Galanthidis Alcmenæ ancillula fabula. de qua Ouid. late Metamorph. ix. ibi. Quæ quia mendaci patientem iuuerat ore Ore parit nostrasq; domos, ut & ante frequentat.

ADDITIONE.

Quod si aliæ pena statuta non fuisset in d. c. sanè. & in d. c. literas (in tex. isto nihil dicitur sed una lex per alteram suppletur l. non est nouum. l. sed & posteriores ff. de legi. l. oratio ff. de sponsa. c. super questionum in prin. de of. fi. del.) pro iudicis arbitrio imponeretur, ut hic per glo. & benè c. de causis de offic. del. l. i. ff. de iure delib. Abb. in c. 2. in princip. de corpor. uicia.

Et quod per hæc uerba, donec apud nos restitutio gratiam consequantur, aliis dispensandi potestatem Papa abstulisse uidetur ut adhuc per glo. hic dicitur, aliquo casu tamen episcopus etiam dispensat, de quo infra in c. consultationi ni. Finis.

CELESTINVS III. HIDRON,
ARCHIEPISCOPO.



Vm secundum regulas ecclæsticas & infra, quia uerò (sicut dicitur) in partibus Calabriæ, latini à græcis, & græci à latinis, secundum alterutrius institutionis obseruantiam, ordinantur nolumus de cætero commixtiones & consuetudines rituum in ordinibus obseruari.

Dubitandi rationem faciebat tex. in c. Roma nus cum seq. de confe. d. iiiii. ubi pagano uel iudeo potest quis baptizari, ergo multo magis debent posse ordinari (quicquid hic dicatur) latini à græcis & græci à latinis, & videtur ad literam casus in c. quod translationem infra eo. ubi talis mos ordinandi, tolerari uidetur. etiam quod extra quatuor tempora ordinatio fiat. Et quia etiam nec natio nec tēpus curari debet, dummodo effectū habeamus, cum nec lex aliud consideret. l. nomen filiarum §. habere. ff. de verbo. si. argumentum in l. tertia C. de insti. quod scilicet ordinatio facta sit & facit etiam ad idem quod dicitur in l. fi. in fi. ff. manda. & in l. sed & si de sua in princip. ff. de acqui. hę. & in l. i. ff. de lib. & posthum. & in l. si res aliena in §. si seruus ff. ad treb.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio de cisionis est, quia non debent officia promiscuis rerum actibus perturbari. l. consulta diuaria. C. de test. argumentum in c. deus qui de ui. & ho. cleri. Hosti. hic. Old. pulchrè consil. 83. col. 2 & cō. 181. col. 3. & quia cōsuetudo ecclæstica in stitutioni contraria seruari non debet, ut hic per glo. & ut in c. sanè supra eo.

Ad opposita respondetur facile nec primū obstat, quia id in baptismo est speciale vñq; adeo ut non ob id, idem in ordinibus dicere debeamus à græcis latinis, uel ecōtra conferendis maximè quia extra quatuor tēpora conferebantur, & malè c. cum quidam (quod est proximū) §. eo. Nō secundū quia olim illud uerū erat, tolerabaturq; Mos ille, sed nō hodie imò q; expresse reprobatur hic. ubi etiam glo. Abb. & alii, distingue ergo tempora & concordabis scripturas l. i. C. de accu. l. si quis seruo. C. de fur. Non ob. ultimum deniq; quia id etiam fallit nisi sit à lege tempus limitatum, ut hic, & in simili per Bald. in l. si cum dotem in fi. princip. ff. solut. matrimo.

Præstatq; nobis hęc lex argumētum ad multa, & maximè, quod quāmis latini à græcis, ordinati non possint, neq; græci à latinis, extra

quatuor tempora, ut hic signanter dicitur, nō tamen prohibentur ordinari, intra dicta tempora.

Et quod ad idem rationum diuersitas nō obstat clericis ordinari uolentibus, dummodo canonica auctoritas, haud obstat cap. sic sanè xii. d.

Et quod consuetudo in loco alibi non est, seruanda si ecclæstice fuerit institutioni contraria c. sanè supra eo. & hic not. omnes.

Et quod non debet reprehensibile iudicari, si secundum uarietatem temporū, statuta quoq; variantur humana c. non debet de consanguine & affi. namq; etiam hic, tolerabatur olim clericos latinos à græcis ordinari, uel econtra hodie uerò, non ut supra & ut in d. c. quod translationem infra eo.

Et sic dici non posse hoc casu deniq; cum repugnat canonica auctoritas, siue ecclæstica institutione, ut dicitur in l. testamento. C. de testam. quod mos fidelissime vetustatis retinendus sit c. mala. 8. d. c. bone xii. q. 3. c. omnia xii. d. & no. in c. i. de consue. Finis.

INNO. III. M V T I N. EPI- SCOPO.



Vm in distribuendis & infra: Meminimus à nobis suisse suppliciter postulatum & clementer indulatum, ut quia præfatus. A. ecclesiæ Rom. subdiaconus erat mādarimus ipsum per Bononi. episcopum promoueri.

Dubitandi rationem faciebat text. in c. per tuas de maio. & obed. ubi ordinatus à Papalibest inferiori, nec eximitur ob id à iurisdictione sui episcopi, & quia si potest à suo episcopo iudicari d. c. per tuas, debetab eodem etiā posse ordinari c. nullus primas i x. q. 2. & quia deniq; ordinatus ab uno, potest etiam ordinari ab alio c. nullus de tempo. ordi. in 6.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio de cisionis est, excellentia dignitatis, est enim papa ordinarius. o. ordinariorum, supra se habens neminem, nisi solum deū. c. cuncta per mundū c. per principalem. ix. q. 3. Bal. in c. ego. n. nu. 8. de iureiu. & pulchrè consil. cccxxxiii. cōlum. i. uolum. i. Et etiam quia cōceptum à superiori, nō potest ab inferiore perfici argumentum in l. ubi cōceptum. ff. de iud. licentia igitur papæ omnino necessaria est.

Ad opposita respondetur facile & ad primū maximè uerum esse inferiori subesse, nec à iurisdictione sui episcopi eximi, quominus ab eo iudi-

judicetur, sed non (ex quo tolletur etiam secundum) ut ad superiores ordines promoueatur, absq; licentia papæ ob ipsius excellentiam, qui manus impōsuit, ut hic per glo. & doct. & est simile in c. fi. de conse. d. 2. ubi in altari in quo episcopus missam cantauit, ea die præsbiter a liam celebrare non potest, nisi de ipsius episcopi licetia uel si aliter necessitas urgeat quæ nul si legi subiecta est, ob solam episcopi reverentiam & argumentum in l. fi. ff. de albo scrib. & in l. restituenda, ad fi. C. de aduoc. di. iud. & in §. eos in auth. ut iudi. sine quoquo suff.

Non ob. ultimum, quia nec id negatur, si ab inferiori fuerit ordinatus, ut ab alio potestate habente posse ordinari, etiam absq; illius licetia, sed non si à papa ex supra dictis & not. aliās in c. fi. de paroch. & in c. i. de cle. pereg. & in c. cum iam dudum de præb.

Prætafq; nobis hac decretalis argumentum ad multa & maximè, quod clementer indulgeridebet, quod suppliciter seu humiliiter poltuatur, ex quo principum dos est Clementia l. i. in princip. C. de summa tri. & fi. cath. quam diuinam alibi appellat l. Con. in l. fi. ff. de consti. princip. quamq; tanti faciebat Agesilaus Lacedemonius, ut sacrilegorum numero eos habendos esse censuerit, qui supplices non exaudisset, quiq; supplicibus non pepercisset.

Et quod potentioribus pares esse non possumus, de quo etiam in l. i. C. ne li. po. & in l. i. C. de his qui po. no. Imò desipit qui potentioribus repugnat hinc Polyssena matris, quæ illā ad Achillis, iumulum imolari. pati non poterat.

Tu uerè ò misera (autō Eutip.) cum potentibus, ne pugna. Notaq; ob id accipitris, fabula, lusciam uario cantu argutā, in sublimi nubiū summitate, captam ferentis.

Et ad idem quod maius lumen, offuscat minus maioresq; motus impedient minores. l. generaliter. ff. de fidei usq; l. si reus. ff. de duob. re. & ita quidem ut ad propositum, ordinatus à papa ab inferiori ordinari non posse absq; ipsius papæ licentia, ut supra.

Et quod minores, suis prælatis obedientiam seruare debent, argumentū in c. contra morem centes. d. & in c. in memoriam. xix. d. glo. in c. ad aures ubi etiam ad idem est text. supra eo. nec à se ordines conferant, ei cui non possunt, nisi de sui superioris mandato.

Et quod deniq; fieri nunq; debet q; factum non relevat. l. hæc stipulatio. §. diuus ut lega. no. ca. l. i. ff. de iu. delib. Bar. in l. 2. in §. quod ob seruari colum. 2. C. de iu. cal. aliās aliud non erit quām uel aquā trudere, uel etiam (ut est in prouerbio) athiopem lauare, ergo licentia semper petenda hoc casu aliter ordinantem non reuaret ordinis collatio. Finis.

DE FILIIS P R E S B I T E R O R V M
ORDINANDIS VEL NON.

EX CONCILIO PICTA.

T filii præbiterorum & ceteri ex fornicatione nati, ad sacros ordines nō promoueantur, nisi aut monachi fiant, aut in congregatione canonica uiuentes.

Prælationem uerò nullatenus habeat Sed neq; serui nisi à dominis suis libertati donentur.

Dubitandi rationem faciebat, quod filii presbiterorum & alii illegitimi ad sacros ordines promoueantur & promoueri possint, quia apud deum non est personarum acceptio nec apud papam esse debet & ita magnus ut parvus iudicandus, inquit tex. in c. nouit de iudi. & originaliter Deutor. c. i. Ancha. in rep. c. canonum statuta colum. xv. de consti. & maxiū, quia summa ratio est quæ pro religione facit l. sunt personæ ff. de religio. & sump. fu. l. ueluti. ff. de iusti. & iu. & quia uidemus hinc etiā quod à dignitatibus non repeliuntur. l. 2. §. nullum. l. spuri. ff. de decu. & uidetur casus in c. ex tua. & in c. dilectus infra eo. ubi in ecclesiis paternis ministrare permittuntur, ergo & ad sacros ordines poterū promoueri. & quo ad seruos in c. 2. & 3. inf. de seruis nō ord. ubi clarè legitur, q; pmoueri possūt. & cū in uerbis nō est difficultas nō est admittenda uoluntatis qō l. non aliter l. ille aut ille §. cum in uerbis. ff. de leg. 3. & quia serui etiā bo. poss. petere possunt, & officium argentarii exercere. l. seruus ff. de bo. po. l. prætor ait. §. sed & si seruus ff. de eden.

Contrarium tamen hic deciditur, in utroq; dicto, præterquam in casu, (quoad illegitimos) si Monachi, uel canonici regulares efficiantur, ex quo moriuntur mundo. l. Deo nobis C. de ep. & cle. & quia ingratitudinem tollit. abstergitq; prorsus omnem maculam religionis ingressus ut dicitur in auth. de Monach. in prin. & in c. fi. xix. q. 3. & in simili text. in l. imperialis. C. de nup. ita tamen ut nullatenus prælationē, habeant, subiicitur hic. Et ad propositum decisionis ratio est, quia excellentia, & dignitas sacerdotalis non debet turpibus & infamibus personis committi c. inter dilectos de excels. præla. l. neq; famosis. C. de digni. lib. xii. l. unica. C. de infami. lib. x. & quanquam ipsi non sint in culpa, attamen honore sacramentorum & in detestationem paterni criminis quasi ipsi maculati & de honestati sint, argumentum in c. si cuius & in c. si quis uiduam xxiiii. d. repelluntur tamquam indigni c. literas infra eo. & quia etiā

filii solent esse patrum imitatores iuxta uulgarum illud s̄apē solet filius similis esse patri. c. si quis cū militibus. 6. q. i. l. quod si nolit. §. qui mancipia & utrobiq; not. ff. de ædil. ædic. & casuale hic, aliás contrariū dici debet. l. sancimus. C. de pœ. d. §. nullum, c. quæsunt de his quæ si à ma. par. cap. Quo ad seruos uero. quia non couenit, indecorumq; est quod seruile uilitas huc capiat honorem, & clericalem dignitatem assecuratur c. consuluit infra de ser. ordi. c. admittitur 54. d. Nisi à dominis libertate donentur, ut pursum subiicitur intex. quia tunc secus dicendum erit, quod scilicet possint ad sacros ordinates promoueri, & ideo Leo episcopus, omnibus episcopis scribens, ait alibi, quod immunes esse debent, ab aliis, qui militiae diuinæ sunt aggredandi, ut à castris dominicis, quibus ascribitur eorum nomen, nullius necessitatis uinculis abstrahatur in c. i. 54. d.

Ad opposita responderetur, non obstat pri-
mum quia id uendicat sibi locum & procedit in iudiciis in quibus æqualitas seruanda est l. fi. C. de fructi. & lit. expen. c. cum inter de excep. ergo non in casu nostro, in quo agitur de conseruanda dignitate, atq; excellentia clericaliis ordinis, quæ infici non debet ac inaculare se ce sordidorum, & uilissimorum hominum. Non secundum quia uerum est, sed non tamen ut indigni ad eam capescendam admittantur. In d. quod fauor religionis erit, (& argumentum retorquebitur) si repellantur, ex quo eriā morbida facta pecus totū corrūpit oiuile l. idemq; ff. pro socio Pot. in §. Item queritur colum. i. in sti. loca. & in Topi. nobilissimum est argumen-
tum genus à persona intrinsecus attributa. Nō ob. tertium quia id in dignitatibus secularibus locū hēt non in ecclesiasticis, & diuersa ratione quidem, unaquaq; decisio est in suo foro seruāda ut inquit glo. in c. 2. de arb. hēc ex supra dīctis in figuraione casus. nō repetēdis, aliter illa uero quia utilitas publica est, ut temp⁹ Decurio-
nes plenum ordinem habeant, usq; adeo ut ei-
dem sordi non sit, si ad eam dignitatem eriam illegitimi admittantur. l. generaliter. §. spurious. ff. de decurio. Non quartum quia iura illa, in d. c.
tua & in d. c. dilectus loquuntur in illis. qui ex disp̄atione sedis apostolicæ fuerāt admisiti, ha-
bentis in hitce sp̄ualibus plenitudinem p̄tatis c. 2. de p̄b. in 6. c. innotuit & ibi no. de elec. cle. i. ut lite p̄. Et minus quintū q̄a etiā iura illa lo-
quuntur in teruis prius à dominis libertate do-
natis, quibus fit ut nec mirū sit si poruerūt, pro-
moueri ut hic & ī d. c. i. 54. d. post manumisio-
nē. n. teruus oī nouis hō ē & aliis l. teruus le-
gatus. ff. de adi. leg. l. qui res §. areā ff. de sol. gl.
in c. acutius xxvi. d. & licet (quo ad ultimū) bo-
po. petere possint, & officium argentarii exer-
cere, non propterea sequitur, ob id quod ad cle-

ricalem dignitatem admittantur inhabiles, illi-
casibus habilitati quia secularia officia sunt, q̄
supra & in d. §. nullum. & similibus.

Præstatq; nobis argumentum decretalis ista, ad multa & maximè, quod licet Canones fe-
quenter faucent ingredientibus religionem, ut
possint ordinari ad sacros ordines, ubi aliás nō
possent c. i. de eo qui fut. fac. ord. su. c. 2. & ibi
not. de apost. dispositio hēc tamen non uen-
dicabit sibi locum in eo qui uult fieri episco-
pus, ex quo ille qui est prohibitus ad sacros or-
dines promoueri, ex aliquo defectu puta illegi-
timatis ut hic fortius prohibetur esse prela-
tus uel episcopus & idem dicit etiam signan-
ter per istum tex. Are. consi. 59. col. 2.

Et q̄ dispensatio est odiosa & stricti juris. l.
i. ff. de const. princip. Bal. in c. in causis de re iu-
lo. And. in c. per uenerabilem qui fil. sini legit.
Ancha. adhuc per istum text. deducendo ut su-
pra consil. ccccix, colum. iii. & consil. cccxxvii,
colum. i. & Corn. consil. xii. colum. i. uol. 2. Pra-
po. in d. c. per uenerabilem in §. quod autem
numero xxii. est uerum è contra si sit cur. illegi-
timio dispensatum, ut possit episcopatum ha-
bere, quod in necessarium antecedens intellige-
tur dispensatum quoq; quod possit fieri cler-
icus, ex quo sine sacerdotio ad episcopatum per
uenire non posset l. ad rem mobilem. l. ad lega-
tum ff. de procu. l. illud ff. de acquir. hæ. c. ex li-
teris de excessi. præla. Abb. in c. ex parte de dec.
Anch. in cle. i. de concessio præb. Moder. hisp.
in rub. de reb dub. col. antepe.

Et quod lex facilius dispensat regulariter u-
num impedimentum quām plura, ut etiam
habetur in l. si non lex ælia sentia fl. de hare-
sti. & in l. exigendi. C. de procu. Bal. pulchrè
l. si minor in l. lectu. colum. i. ff. eo. & ideo clau-
sula non obstante in rescripto apposita, nihil
operetur quando sunt plura obstantia, inquit
Bald. in l. i. colum. ix. C. de fur. & Ias. in l. si. in fi.
C. si contra ius uel util. pub. & ad propositum
est argumentum in l. si tutori. C. de nego, gest.
ibi sufficit si in paucis amici laboribus consula-
tur. dixi ego satis in d. l. si non lex ælia sentia, in
Collectan.

Et quod dato uno inconvenienti, non debet
dari maius, idq; multiplicari l. i. C. de dor. pro-
miss. l. cum post. §. gener. ff. de iure do. aliás pro-
uerbum illud multiplicanti obiici posset, ma-
lo nodo malum adegit Cuneum.

Et quod deniq; libertas fauorabilis est tan-
tum in casibus expressis, ut inquit etiam glo. in
l. fin. C. de sacrosanct. ec. quorum unus hic pro-
cipius est.

ADDITIONE.

Quod uerba legis propriè intelligi debeant
de seruis qui à seruando dicti fueront, manumi-
tione indigentibus, vt ad sacros possint ordi-
nes

n̄es promoueri quorum multæ erant species, vt
alibi diximus in gymnasio, seruus, ex quo om-
nes improbi sunt, & quia nemo mortalium a-
lias (hiq; à seruendo dicuntur) liber fuit unq;
uerum (vt inquit Cice.) serui omnes seruientes
Deo scilicet rationi, legibus, officiis, Magistrati-
bus, Reip. & eorum commodis, quos charos
habemus, huiq; impropriè serui sunt, inq; le-
ge non comprehensi. Et ob id ubi non distin-
guit lex neq; nos distinguere debemus. l. de pre-
cio. ff. de publicia, ibiq; distinctio hominis ces-
sat ubi non est distinctio legis. l. i. §. generaliter.
ff. de lega. præstan. l. 3. ff. de offi. præsi. Old. consi.
cxxxviii. col. 2. Finis.

ALEX. III.



Ræsentium auctoritate iu-
bemus, ut filios sacerdotū
in ecclesiis paternis, mini-
strare, uel eas qualibet oc-
casione obtinere, nullaten-
nus patiaris sed ipsos ab ecclesiis in qui-
bus patres eorum ministrasse noscuntur,
studeas penitus amouere.

Dubitandi rationem faciebat, quod filij sa-
cerdotum possint in beneficiis paternis, mini-
strare, ad eaq; admitti, quia de hoc uidetur ca-
sus ad literam in c. ex tua infra eo. & maximè si

probaret uitæ & amplius conuersationis hone-
sta fore dignoscatur, ut ibi subiicitur. Et quia
delictum patris filio nocere non debet. l. spurii
ff. de decurio l. crimen ff. de pœn. c. undecunq;
lvi. d. pulchrè Bar. conf. cxviii. col. 2. & per locū
à speciali probatur in l. quisquis. C. ad legē lul.
ma. Nec alteri p̄ alterū iniqua conditio inferri,
ut in reg. nō debet ff. de reg. iu. & in l. i. ff. de a-
lie. iud. mu. cau. fac. & in l. si unus in §. ante oia
fl. de pac. & in c. alteri de re. iu. in 6. et in l. trāsa
tione matris. C. de trāsa. ergo nec filio p̄ patrē.

Contrarium tamen hic deciditur, quod imò
non poscit, & ratio decisionis est, quia eccl
sæ deformatur honestas nec cōueniens est, aut
rationabile turpibus ac infamibus, dignitatem
atq; excellentiam clericatus & sacerdotii con-
ferri. c. fi. inf. e. c. inter dilectos (& melius ibi, cū
personis uilibus, & indignis, portæ dignitatis
patere non debeant) de excessib. præla. & quia
etiā sic sacramentorum honor conseruatur
cum detestatione paterni criminis. ut etiā not.
in c. i. supra eo.

Ad opposita responderetur facile nec primā
obstare, quia eo casu admisiti fuerunt ex dispen-
satione tediis apostolicæ, in hisce beneficialibus
habentis plenitudinem potestatis c. proposuit

de concessio. præben. c. 2. de præbend. in 6. cle.
i. ut lite pen. & dictu m̄ est alibi satis. maximè
in d. c. i. supra eod. multa Rom. consil. cxcviii.
colum. 2. & Alexand. consil. 2. colum. iii. uolu.
i. & nouissimè facit ad idem quod dicit Felin.
quod licet papa non possit quem priuare iure
suo sine causa potest tamen in beneficialibus
pro libito uoluntatis in c. que in ecclsiarum
colum. xv. de consti & itud quod in d. c. ex tua
legitut habetur et in c. pe. & fi. int. eo. Non se-
cundum quia (ut dicunt omnes hic Holt. But.
Io. And. Car. & Abb.) fallit etiam hoc casu re-
gu. propter prærogatiuam ordinum, qui dan-
tur non modo intuitu recipientium, uerum e-
tiā aliorum & ne ex eo infameretur ecclesia. c.
i. de ob. ad ratioci. & not. in c. 2. de fil. pres b. in
6. & sic quando inhabilitas surgit ex defectu
uel propter honestatem, non ex culpa factum
paternum nocet filio. Non deniq; tertium &
ultimum, quia antecedens uerum est, cum re
gula non sit recedendum. l. ab ea parte. ff. de pro-
b. glo. in l. omnis diffinitio ff. de regu. iu. sed cō
sequens falsum ex supra dictis & nouissimè,
quia sumus in his quæ à patredescendunt, quo
casu uicum patris nocet filio, sicut eidem per
patrem iniqua conditio interfert. aliás secus in
aliis, aliunde obuenientibus, ut regula loqui
uidetur, & est pro ista responsione text. in l. iii.
ff. de int. & relega. & in l. emancipatum in fi.
ff. de sena. declarat Bar. in præallega. consil. cxviii.
col. 2. dixi ego in d. regu. non debet.

Præstatq; nobis decretalis ista argumentum
ad multa & maximè quod regula l. cum præ-
tor. ff. de iudi. & c. nonne de prælump. quod in-
clusio unius alterius est exclusio. & ècontra nō
semper est uera ex quo hic dicitur, illegitimos
non posse ministrare in ecclesiis paternis, & ta-
men ab aliis etiam repelluntur c. fina. infra eo.
& non ab re, quoniam inclusi & exclusi eadem
est ratio ut declarat glo. in d. l. cum prætor, &
est argumentum in l. non possunt ff. de legi. &
liquet ex supra dictis. Bar. in l. i. C. de diuer. re-
scip. & nō ab re Inno. hic subaudit aduerbiū.
Superlatiuum maximè.

Et quod infamia uel iuris fuerit, uel facti à
sacerdotio, & dignitatibus repellit, ut etiam le-
gitur in c. inter dilectos de excessib. prælato. &
in c. omnipotens de accu. pulchrè Gemi. consi.
xii. colum. 2.

Et quod spurii ac degeneres turpes perso-
næ sunt, infames ignobiles & uiles non quia
sunt in culpa, sed quia proueniunt à sanguine.
putrefacto, inquit Bald. in c. innotuit num. xv. de
elect. natura ac lege etiam xii. tab. incogniti, ut
idem Bald. testatur in c. per tuas nu. 2. de maio.,
& obed.

Et quod quanquam spurius filius dicatur,
dicitur tamen non ut admittatur sed ut exclu-
datur.

datur c. Michael infra eo. idem Bal. in l. scenera tor col. 2. ff. de naut. scen.

Et quod deniq; spuri quanquam sint tales, non tamen despiciendi sunt, sed iuuandi potius ut inquit glo. in auth. quib. mo. nat. effi. sui ad fi. dispensatione scilicet (ut dictum est, & ut in d. c. ex tua pe. & fi. infra eo.) & hoc idem quia non sunt. in culpa (ut supra) sed progenitores sui, unde uocans aliquem spurium etiam quod uerum sit, tenetur actione injuriarum, dicebat Isern. in c. i. in §. iniuria de pa. iu. fit. in usib. & gl. alibi in c. quoniam uetus. xxiiii. qd. i. in uerbo inu idia quod cum electoribus papæ fuisse oppositum, ignobilem elegisse Piscato ri petro successorem querimus, (responderunt prompto animo) non Augusto triumphatori, refert Felin. in c. ex tenore ad fin. de rescript. Finis.

ALEX. III. VIGOREN. EPI- SCOPO.



Onquærente nobis. M. clericu & infra: Fraternitat tuæ mandamus, quatenus si publicum est, & notoriū Patrem. R. clericu, habuisse in prædicta ecclæsiæ personatum Filium eius ibidem ministrare, aut eiusdem ecclæsiæ personatum habere nullatenus patiaris & si iam institutus est ibi, eñ inde non differas amouere.

Dubitandi rationem faciebat, quod filius sacerdotis posuit paternæ ecclæsiæ præesse, quia apud deum nō est personarum acceptio c. nouit de iud. c. sicut xxii. q. iii. c nequaquam de conse cra. d. iii. c. in iudiciis de reg. iu. in 6. sed merito rum consideratio sit. nec debet commune bonum priuata consideratione omitti. c. miramur lxi. d. c. bonæ i. de postu. prelato. Anch. in rep. c. canonum statuta colum. xv. de consti & uide tur casus clarus in c. seq. & in c. ex transmisso, & in c. ex tua infra eo. ubi filius præesse potest ecclæsiæ cui pater præfuit immediatè, & idē in c. constitutus infra eo. & quia non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri non filio per patrem, nec patri per filium, ut in regu. non debet ff. de regu. iu. glo. in l. transactione matris. C. de transac. nec filius portare iniquitatem patris. l. quisquis per locum à speciali. C. ad legem iul. maiest. ex quo conueniens est atq; consentaneum (quemadmodum poe. inquit) ut quisq; suos patiatur manes.

Contrarium tamē hic deciditur. & ratio de cisionis est, quia in ecclæsiis inq; beneficiis ecclæsiasticis, non datur nec dari debet successio.

ut sanctuarium dei iure hæreditario filii tenet imò inde amoueri si id fuerint assecuti c. extis missa infra eo. c. consuluit de iurepat. c. ad de corem de insti. c. adhæc de deci. & ut hic etiam clarè dicitur.

Ad opposita responderetur facilè, non obstat primum quia id uerum est, in foro poli & quā tum ad salutem & in iudiciis in qui bus ita iudicari debet pauper ut diues, & æqua lance omnes nec ita uni fauendum, ut aliis iniustitia fiat argumentum in c. ex tenore de fo. cōpe. d. c. nouit d. c. in iudiciis. Non secundū quia id quoq; falso est, cum iure omittratur, nec cōmuni bono sic cōsuleretur si illegitimus admittetur, sed augeretur absurdū potius, ut in simili dicitur in d. c. mitamur, igitur uitandum est l. nam absurdum ff. de bo. lib. Non ob. tertium quia loquitur ille text. in filio, iam ordinato, ne beneficio careret. imò (& melius) qd pater ibi non præsuerat (quicquid dicatur) ecclæsiæ in qua ipse filius erat admittendus. Non quartum quia ibi media persona intercesserat cum igitur immediate post patrem non admittatur, non est ratio dicto casu qua debuerit etiam amoueri, si admissus fuisset. Non quintum quia ibi etiam fuit admissus ex dispensatione sedis apostolicae, in beneficialibus habentis plenitudinem potestatis c. innuit de cōcelio. præben. c. 2. de præben. in 6. cle. i. ut lite p̄den. Alexan. consil. ij. colum. iiiii. & fin. uolum. i. multa Felin. in c. quæ in ecclæsiarum colum. xv. de consti. Non sextum quia pater sine filio, & alieno nomine ministraret in eadem ecclæsiæ. Non septimum quia per patrem non præ iudicatur filio, neq; eidem iniqua infertur cōditio, sed istud est, quia ratione supra dicta, ife habet iuris dispositio ex quo ultimū quoq; tollitur, in delictis maximè cōsiderabile, in quibus poena debet tenere suos auctores & motu anima quæ peccauit l. lantimus C. de pœn. anima i. animatum corpus. ut xiii. ad Rom. Paul. inquit, ergo non in beneficialibus ex supra ditis.

Præstatq; nobis hæc decretalis argumentum ad multa; & maximè, quod princeps nō debet aures occludere his, qui non sine rōne conque runt, allas sic. imò hoc casu eos reprehendere modestè, tamen laudabile est c. querelam de Simo. c. ex frequentibus de insti. l. sanum mente C. de transac. argumentum in c. frustra de usu. & in l. pen. C. si contra ius uel util. pub.

Et q publicum à notorio differt hoc idēq; ex appositione copulae, hic inter unum & aliud constare uidetur, ut per gloss. in rubr. ff. de iu. & fac. igno. d. c. querelā & ibi not. de simo. & quia multa publicæ dicuntur, quæ tamen uera non sunt, unde hinc tritum illud etiam uane uoces populi non sunt exaudiende populus do cendus

cendus est, non sequendus l. decurionum. C. de pœni. c. osius de electio. c. docendus lxii. d. c. nos felxiii. d. ubi notorum id aliàs est quod nulla tergiueratione celari potest. c. uestra de coha. cle. & mulie. l. si uero §. qui pro rei qualitate & ibi not. ff. qui sat. cogan.

Et quod personatus nil aliud est, nisi habere prærogatiuam, chori in capitulo in processionibus, inq; uocibus dandis ut pulchre declarat Gemin. in c. i. colum. 2. de consue. in 6. po testq; in primicerio Cancellario Thesaurario præcentore, & successore exemplificari, qui personatus habere dicuntur & latius ut not. in c. dum de electio. & in c. de multa de præbend. & in c. statutum de rescrip. in 6. Fran. de platea in tracta. de excommunica. col. xiiii. & Beat. Anto. lxvii. eo. tit.

Et quod hoc casu aliud dictum poe. uulgatum locum non habebit, hmōi. Turpius eiicitur, quā nō admittitur hospes, de quo tamē aliàs in c. quemadmodum de iure. glo. in c. literas de resti. spol.

Et quod deniq; semel admissus ex iniusta cā etiam potest iure sibi iā quæsito' priuari de quo etiam in l. fin. ff. de pac. & est simile in l. sed & reprobari in princip. ff. de excu. tu. & in l. ut gratiatim in §. reprobari ff. de mu. & ho. & in l. 2. C. de professo. & med. lib. x. Old. consi. xviii. colum. i. Finis.

ALEX. III. CANTV. EPISCO- PO ET EIVS SVFFRA- GANEIS.



Voniam est sacris canonibus prohibitum & infra: Præcipimus quatenus si manifestum & publicum fuerit, patres, in ecclæsiis Personatus gessisse, filios ab eisdem, (Si etiam eas adepti sunt) penitus excludatis nec ad earum gubernationem ulterius as sumantur. nolumus enim ut causa in iudicium deducatur uel testes etiam admittātur, si hoc manifestum existat.

Dubitandi rationem faciebat, quod imò iudiciatus ordo sit etiam in manifestis necessarius text. in c. Deus omnipotens ibi, si Deus. n. cognitor est & c. 2. q. i. & in c. porrò de diuor. clariss, ubi non absq; iudicio ecclæsiæ fit diuortium. etiam si parentela sit publica & notoria & in c. bonæ ibi, licet autem essent notoria, quæ contra d. episcopū obiecta sunt legatus tamē multis testes recepit, de diuor. & idem in c. graue xi. q. iii.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio de

cisionis est, quia manifesta accusatione non indigent, nec de manifesta, & nota plurimis cau sa, sunt querendi testes c. manifesta c. de manifesta. 2. q. iii. c. euidentia de accusa. ubi etiam dicitur euidentia patrati sceleris clamore accusatoris, non indigere, uulgatumq; dictum est ad propositum huiusmodi quod patet expresse probate non est necesse tradit Bal. consi. ccclxx. colum. 2. uol. iii.

Ad opposita responderetur facilè, non obstarre iura. 1. 2. & 3. loco ailega. quia (ut inquit But. Abb. & cæteri) loquuntur, & procedunt in eo quod manifestum est, nos autem in notorio, exponiturq; hic, manifestum i. notoriū. Vel dici etiam potest, quod ex abundantia, & ad cautelam fiat aliquando indagatio iudicij, ut in d. iuribus & maximè in d. c. bonæ non sit neccssarium, & est argumentum in l. testa mentum. C. de testa. & in l. non solent. ff. de regu. iur. Non etiam tex. in d. c. graue, quia nec illud ibi dicitur, sed hoc tantum, si de notorio possit probabiliter dubitari, quod ordine iudicario pars debet uexari, aliàs non si de eo iudicii constiterit, & ita transeundum est.

Præstatq; nobis decretalis ista, argumentum ad multa, & maximè id quod factis canonico prohibitum est, fieri non debere, ex quo non relevaret. l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. ut lega. no. caue. l. i. in princ. ff. de iure delib. Bar. in l. 2. in §. quod obseruari colum. i. C. de iur. cal.

Et quod præcepto superioris obediendum est, ex quo imperatur quod præcipitur, & q. præcipitur necesse est fieri. c. 2. de maio. & obed. c. pe. & fi. 14. q. i. Abb. in c. nam concupiscitiam, colum. i. de consti. & in c. eam te colum. 2. de rescrip. Ancha. in c. canonum statuta colum. lxvi. de consti.

Et quod publicum à notorio differt. l. decurionum. C. de pœni. c. osius de electio. c. uestra de cohab. cle. & mul. c. conquerente & ibi etiā dictum fuit supra eo.

Et quod adiuerbum penitus, est præcisus significationis, idemq; sonat quod omnino, filios scilicet in casu decretalis nostræ, omnino fore excludendos, si notorum fuerit patres in eisdem ecclæsiis, quas adepti fuerant, personatus gessisse, de quo etiam in l. pe. ibi careat penitus imperatis. C. si contra ius, uel uti. pub. & in l. i. C. de gladiato. lib. x. Iaf. latè cons. 173. col. 3. uol. 4. Cur. Collega in tracta. feud. par. 2. q. 6. col. 3.

Et quod deniq; uerbum nolumus in lege repertum ut hic, est noui iuris promulgatorium, de quo etiam in c. super eo ubi Geminus. an. de hære. in 6. & in c. fundamenta in §. pœni. de elect. & in c. 2. in §. i. de deci. eo. lib. & in l. 2. in fi. C. de summa tri. & fi. catho. & in l. am. bigui-

biguitatem. C. de usuf. Arc. in l. si colonus ff. de acqui. po. & Corn. consi. xxx. colum. i. uolum. 2. Finis.

I D E M C A N T V A R I E N.
Archiepiscopo.



D extirpandas successiones & infra: Fr. tuæ mādamus quatenus si qui filii presbiterorum prouinciæ tuæ teneant ecclesiæ, in quibus patres eorum tanquam personæ uel uicarii (nulla persona media) ministrarūt eos (siue geniti sint in sacerdotio, siue non) ab eisdem ecclesiis non differas amo uere.

Dubitandi rationem faciebat, tex. in c. præsentium, & in c. conquarente supra eo. ubi illegitimi, sacerdotumq; filii non possunt ecclesia paternæ pessæ, ergo si legitimi fuerint sic, alias isti non essent melioris cōditionis quam illi, haud dicendū, argumentum in l. qui de inofficio. ff. de inoffi. testa. & in l. non solum ff. de noxal. ac. & in l. pupillus in princi. ff. que in frau. cre. Et ad idem uidetur etiam esse casus in c. ex tua supra ubi ecclesiæ adeptus in qua pater præfuit, ab ea remoueri non potest. Et maximè in casu præsenti, quia archiepiscopus non habet iurisdictionem in subditos suffraganeorū suorum c. pastoralis de offi. ordi.

Contrarium tamen hic inq; decretali ista, deciditur. Et ratio decisionis est (ut dicunt oēs & benē) ne in beneficiis notetur successio & probatur ad literam in c. ex transmissa supra eo. & in c. consuluit ibi sanctuarium de iure hæreditatio teneri non potest de iure patr. & idem dicitur in c. ad decorē de institutio. & in c. ad hæc de deci. ergo etiam quod legitimus sit, inde tamen amoueri debet.

Ad opposita facile respōdetur nō obstat nec primū quia quo ad alia melioris conditio nis est legitimus quam illegitimus, sed nō quo ad hoc rōne supra dicta que generalis est, & tam legitimū quam illegitimum comprehendit, etiam quod non dixit text. hic l. regula §. & licet & ibi Bar. ff. de iuris & facti ig. l. metum §. animaduertendum ff. quod met. causa. Non tecundum quia ibi canonice fuerat cum filio dispensatum, in beneficib; papa habet plenitudinem potestatis c. 2. depræb. in 6. c. innotuit & utrobiq; not. de electio. clem. i. ut lite pend. Alex. consi. 2. colum. 4. uolum. i. ergo & dictū est alibi satis. Non ulti. deniq; , ex quo id factū est ob. episcoporū negligentiam, uel (ut inquit But. & Abb.) quia archiepiscopus Cantuarien. erat legatus in prouincia c. i. de offi. leg. siue iu-

dex in communio uicio prouincia secundum Host. c. 3. de insti. c. fi. de rescip.

Præstatq; nobis hæc decretalis argumentum ad multa, & maximè ad ualgatum illud, quod casus omissus relinquitur dispositioni iuris cō munis l. si cum dotem ff. solut. matr. l. si extra-neus ff. de cond. ob cau. l. commodissimè ff. de lib. & posthu. quia filiorum mentione facta, nepotes non ueniunt, ex quo materia stricta est & odiosa, quod etiam sensit Ioa. Andr. hic, Barto. in l. 2. i. §. filius ff. ad tertul. Bal. in l. titius ff. de lib. & posth. & in l. si filius ff. ad macedo. i. dem Bald. in l. sed & milites ff. de exc. tu. & est limitatio, ad l. liberorum ap. ff. de uer. si.

Et quod adeo in ecclesiis successiones sunt odiose, ut oīo sint extirpandas id est radicite & uellendæ, & funditus (ut inquit Cice.) tollendæ, & in simili est text. in c. ex frequentibus de insti.

Et quanquam filius prohibeat immedia te succedere patri in ecclesia poterit tamen, alia persona media & sic mediata c. ex transmis sa supra eo. & probatur hic, per locum à contrario, ibi nulla persona media. & ita gl. hic Abb. & omnes declarant, & bene quia media plena ipsa uicum purgat.

Et quod plerunq; negligētia prælati supple ri potest etiam à iudice incompetentis uel corti gi commune uicum in prouincia, ut supra.

Et quod deniq; per alium, quis cōsequi potest, quod ex sua persona habere prohibetur, ut filius quanquam legitimus, qui non potest ut filius præesse ecclesiæ paternæ & tamen media personæ interuentu potest, ut di cētum est panter (aliter tamen) supra & nouissime probatur in l. arist. & ibi glo. allegat concordantes. & quæ res pi. ob. possunt & in l. si cōem ff. quem admo. serui amit. & in l. fi. ubi glo. ff. de lib. & posth. Finis.

CLEMENS III. CASSEL. Archiepiscopo.

A

D hæc ex parte tua nostris auribus est relatum & infra; quod à nostris Fra. tua requisiuit, an à pontifici bus generati ualeant ad sacros ordines, promoueri, si scientia fuerint, & morum honestate probabiles. Sciat F. T. quod si ex legitimo sunt matrimonio procreati nec aliud canonicum obuiat, licet possunt ad sacros ordines ascēdere, & in eisdem ecclesiis in quibus præsunt, uel præfuerunt, genitores eorū, beneficium obtinere.

Dubi-

Dubitādi rōne faciebat tex. in c. i. supra eo. & in c. cū decorē infra eo. ubi filii sacerdotū nō possunt ad prælaturam promoueri neq; in ecclesia paterna præbendari, ergo nec filius epis copi legitimus & naturalis & melius quam alibi quod nec filius legitimus admittatur, in c. ad extirpandas supra eo.

Contrarium tamen deciditur' hic, Et ratio decisionis est, quia cum pater sit episcopus, ipse uero legitimus natus ex legitimo matrimonio, antequam pater ad episcopatū eset promotus, item scientia & morum honestate probabilis, imitari paternā incontinentiam, quæ in eo nec fuit nec est minimè poterit, qua de re non mirum est si ad sacros ordines promoueri & in ecclesia in qua pater præfuit beneficium obtinere potest.

Ad opposita respondetur facile nec primū obstat, quia ibi filius erat illegitimus & præsideri quidem, nos aut in legitimo, & episcopi filio, ergo nō mirum si admittitur hic ibi uero nō. Nec alitei & secūdo loquitur text. in d. c. cū decorē, dices ob id, & d. casu indecorum fore, quod in altaris officio illegitimus filius impudico patri ministret, in quo unigenitus dei filius æterno patri pro salute humani generis uictimatur. Non ob. ultimum quia illud ideo est ibi etiam ex quo immediate successerat patri, nulla persona media hic autem non, sed bene ad beneficium in ecclesia patris promotus, Imò quod in casu quoq; d. c. ad extirpandas, filius legitimus sacerdotis ad aliud beneficium potuisset promoueri, licet non ad illud in quo præfuit pater, ut hic Bur. declarat & bene.

Præstatq; nobis hæc decretalis argumentum ad multa, & maximè licet quis filios habeat ex legitimo matrimonio natos, quod nihilominus ad episcopatum promoueri potest, uxore præmortua, nisi bigamus sit, quia tunc non posset c. i. debitum infra de bigam.

Et quod ignati improbatæq; uitæ ad sacros ordines promoueri non possunt, & nimirum quia ignorantia errorum mater est ignoransq; malus, iuris præsumptione c. ignoratia 38. d. iō scientia sacerdotibus omnimodo necessaria, inquit etiam Abb. in c. cum ex iniuncto col. i. de hec. c. fi. de qta. & qua. & q̄ sint morib. q̄ maximè compositi, ex quo malis nihil deest præ ter occasionem, & quia qui malis moribus imbutus est non aliis quam malus esse potest.

Et quod an aduerbiū interrogantis est, de quo etiam in §. cum ex aliena insti. de re di. & in l. an usufructus ff. de usu. & hinc comic. an ego toties de eadem re audiam? & Cice. an fuerit Romulus ille, aut pastores, & conuenas congregasse, aut sabinorum coniugia coniunxisse, aut finitimorum uim represuisse, eloquentia uideatur, non consilio & sapientia singularis?

Et quod responsio debet esse interrogatio ni congrua l. si defensor. §. qui interrogatus, ff. de int. actio. l. i. & ibi not. ff. de uer. obl. quia hic interrogatio fuit an à pontificibus generati, scientia & morum honestate probabiles, possint promoueri, & tamen responsio est tantum posse si ex legitimo matrimonio fuerit, procre ti, usq; adeo ut duo alia requisita ob id inclusa in ipsa intelligantur, nisi dicamus in illis uerbis includi, nec aliud canonicum obuiat.

Et quod deniq; si requirantur plura, ad aliquem finem consecutuè quis illum minime adipiscitur, nisi in eo omnia requisita adfuerint argumentum in l. cum hī in §. si prætor. ff. de transac. c. fi. ubi no. tex. de æta. & qual.

INNO. III.



Vm decorē domus Dei & infra: filiis Canonico rum præbendas in eisdē ecclesiis, conferri non si natis; quarum sunt Ca nonici patres eorum, cum indecorum sit, ut in altaris officio, illegitimus filius impudico patri ministret, in quo unigenitus dei filius æterno patri, pro salute huius mani generis uictimatur.

Dubiiandi rationem faciebat, uulgatum illud (de quo alibi satis) quod apud deum non est personarum acceptio c. nouit de iudi. c. ih iudiciis de regu. iur. in 6. imò quod in ecclesia paterna filius intitulari potest c. adhuc. supra eo. in fi. ibi licet possunt ad sacros ordines ascendere, & in eisdem ecclesiis in quibus presenti uel præfuerunt genitores eorum beneficium obtinere, ergo & præbenda eidem confiri hic. Et quia etiam à dignitatibus non repelli tur. l. generaliter §. spurios. l. spurii ff. de decū. ponderando maximè text. in d. l. spurii ibi, nō enim impedienda est dignitas eius qui nihil ad misit. quasi dicat non quæ conuenire, ut filius portet iniquitatem patris. Ezech. c. 18. l. fanci mus. C. de pœn. l. quisquis per locum à speciali C. ad legem Iul. ma.

Contrarium tamē hic deciditur, & ratio decisions est, quia indecorum est, quod in altaris officio, illegitimus filius impudico patri ministret in quo unigenitus dei filius æterno patri pro salute humani generis uictimatur, ut in ipso met. tex. dicitur & in c. i. in §. una uero de sū ma tri. & fi. catho.

Ad opposita respondetur facile non obstante non primū quia id uerum est in foro poli & in concernentibus salutem, ergo non in foro fori, ca. quicunq; 17. q. 4. c. inquisitioni defens.

ten. excom. c. tua nos de sponfal. gl. in c. ex trāmissa de renun. Non secundum quia (ut ibi dīctum est) tex. ille loquitur in filio legitimo, ergo nec mirum, quia in eo cessat ratio de qua hic ergo & legis dispositio l. adigere. §. quāuis ff. de iure pat. l. generaliter. C. de ep. & cle. c. cū cessante de ap. Non ultimum deniq; ex quo id uerum est in dignitatibus secularibus, non ecclesiasticis, & beneficialibus. Nā genus & pro auos, & quā non fecimus ipsi uix ea nostra uoco inquit Poe. Et quantum ad uitam æternam q̄ filius non portat iniuriam patris, quoad alia autem sic, ut per glo. in c. undecunq; 56. d. & in c. ecclesia in §. item peccato i. q. 4.

Præstatq; nobis hæc decretalis argumentū ad multa, & maximè quòd decor seruandus est ecclesiæ, argumentum in l. 1 (ubi etiam not. text.) ff. de postulan. & in l. ne quis C. de aduo di. iudi. hinc Bald. in c. intellecto. col. 2. de iure iu. à simili, quòd rex qui non seruat decorem, reprehensione est dignus. dixitq; olim Alexādro Philippus pater, cum audiuisset illum scitē admodum, quodam in loco cecinisse, non te tui puduit, tam bellè canere. Consultanti Antigono rursum, an luxuriosum adiret conuiuiū Menedemus ipsi renunciari iussit. Memento Regis te esse filium.

Et quòd ecclesia domus dei est, iuxta illud Mat. xxi. ibi Domus mea domus orationis uocabitur, uos autem fecistis eam speluncam latronum.

Et quòd præbenda est ius percipiendi, prouentns in ecclesia, competens alicui tanquam uni de capitulo, & quòd canonicus abiq; ea esse non debet c. relatum cap. dilectus de præbend.

Et quòd ecclesia non debet infamari, ministerio eorum, qui illegitimi sunt c. unico de ob. ad ratioci.

Et quòd deniq; impudicus filius impudici facti, nuncius esse non debet quoad memoriam representandam, ut de impudico oculo, quod sic impudici cordis pariter est nuncius, inquit Augusti. de fide christiana in c. nec solo, 2. q. 5 & facit uulgatum illud quoq; si nescis oculi sunt in amore duces. Finis.

ALEX. III. ARCHIEPISCOPO TVRONEN.



Onsuluit & infra. Conf. t. t. respond. quòd neq; spuriros neq; seruos ordinare debes, & si memor es, in consecratione tibi dictū fuit, uide ne quolibet ser-

uiliis conditionis, ad ordines promouere præsumas.

Dubitandi rationem faciebat quoad spuriros tex. in l. spuriis & in l. generaliter in §. spuriros ff. de decu. ubi non est impedienda dignitas eius qui nihil admisit. & quo ad seruos tex. in c. 2. & 3. sup. eo. ubi clarè patet qđ possunt ad sacros ordines promoueri. & quia origo ē non curatur c. ad de corem de inst. l. nemo C. de summa tri. & fi. cat. l. cuius effectus ff. de regu. iu. l. pomponius ff. de nego. gest.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio decisionis est quantum ad spuriros Quia excel lentia ordinis non est turpibus & infamibus conferenda c. inter dilectos de excessibus prælato. cum etiam timor incontinentiae paternæ sit in causa & s̄e soleat filius similis esse patri. c. literas de fil. pref. b. l. quòd si nolit §. quia assidua ff. de ædil. & dic. quantum ad seruos uero, quia Deo seruiens, debet plena corporis libertate gaudere cum nec seruili uilitas, ordinem clericalem capiat c. diuersis de cle. coniuga. Card. in rub. supra eo.

Ad opposita respondeatur, & facile quidem nanq; primum non obstante quia id uerum est in dignitate seculari, ergo non ecclesiastica rationibus supra dictis & aduertit idem Car. hic & benè, utraq; igitur decisio seruanda est, hec in foro ecclesiæ, illa temporali, ut inquit glo. in c. 2. de arb. in 6. Nō secundum quia illud est ex quo prius fuerant à dominis manumisisti, & sic absterita teruitutis macula ut in simili dicitur in l. imperialis. C. de nup. Non ultimū deniq; quia imò curatur, cum seruili sit, & no. in c. supra eo. arg. optimum in l. aduerius C. de ni nu. pecu. & in l. in omni ff. de adop. & in cap. translato de constitutio. & in c. non debet de consanguini. & affini. Bald. in l. humanitatis colum. 2. C. de Imp. & ali sub. Steph. fed. de int. iu. pulchre par. i. col. 19.

Præstatq; nobis hæc decretalis argumentum ad multa, & maximè q̄ spurius est infamis, & spurietas (ut ita dicā) infamia, & fuit etiā dictū Azo. in summa sua C. ex quib. cau. inf. irro. qđ refert Bal. consi. 207. colum. 2. uolum. 2. uig. a deo ut non posuit admittiri ad feudum honorabile regis, ut ibi idem Bald. inquit ergo multo minus ad sacros ordines promoueri.

Et quòd seruus uilissimus homo est. l. si ex duobus ff. de noxal. actio. cōparatus iumentis insipientibus l. 2. ff. ad legem aquil. l. qui duos ff. de lega. 3. qui ob id nec promoueri ad id potest.

Et quòd coniunctio disiunctiua neq; requirit concubitum, ex quo copulatiuē virrus in ea inclusa est l. si quis ita stipulatus fuerit decem aureos. ff. de uer. ob. l. si is qui ducenta. §. item si

si pater. ff. de reb. dub. l. eam tamē adiectio. ff. de lega. 3. iuncta. l. & quia cum glo ff. de iu. o. iud. Alexand. consi. 92. ad fi. uolum. 3. Corn. consil. 76. ad fi. uolu. 3.

Et quando legislator responderet consultatio ni quòd non inducitur ius nouum, sed commune ostenditur potius, ut est etiam glo. in c. ex tua de fil. præbit. & in c. consultationi de tempo. ordi. multa Corse. in singu. suis, Consultatio, probatq; uerba illa. Et si memo res in consecratione dictum fuit &c.

Et quòd deniq; mens est potior uerbis, usq; adeo vt sufficiat habere mentem iuris, licet verba formaliter omittantur, quæ in consecratione dicuntur, & inter alia bigamos, aut carnales aut de seruili conditione ad sacros ordines non promoueras, ut hic Hosti. & But. declarant, & benè. l. cum uirum. C. de fideicom. l. 3. C. de libe. præte. l. 3. §. conditio. ff. de adi. le. c. marchion. i. q. i. not. in c. quanto de priuil. An cha. in rep. c. canonum statuta col. 53. & 148. de consti. Bal. in l. i. lectu. 2. colum. 16. C. de sacro sanct. eccl. & hoc ipsum dictat æquitas ut idem Bal. not. in l. etiam colum. i. C. de iure do. & in c. 2. colum. i. C. communia de lega.

A D D I T I O.

Quòd questio siue consultatio, fatua est, si dubitationem non habeat, ut hic de spuriis & seruis an ad sacros ordines possint promoueri quoniam ita prius erat uere decisum, quamquam aliqua dicta fuerint supra dubitationem facientia sed tamen letia ut in resolutione potuit uideri, qua de re, sic à iuliano Marcellus aliquando est reprehensus est in l. si quis titio ff. ex quib. cau. maio. argumentum in l. dominii labeo. ff. de testa. & i. l. quod labeo (uulga.) ff. de carbo. ed. Nisi dicamus tamē fatua fuerit, eidem tamē respōsum fuisse ad cautelam, ut homines instruerentur, uel quia durius agitur cum homine, quam cum lege, argumentum int. testamentum. C. de testa. & i. l. i. in §. quamvis ff. de uen. inspi. & in l. celsus. ff. de arbit.

Et quòd uerbum præsumat in malam capit. partem inq; uicium sonat. §. & hoc peruenit in auth. ut nulli iud. c. i. de uita & ho.

cle. c. romana. §. si uero, & ibi Arc. bid. de ap. in 6. & in c. nisi in. 2. de iudi. & in au. th. statuimus, signata sup. l. omnes qui C. de ep. & cle. Finis.

D E BIGAMIS, NON ORDINANDIS.

E X C O N C I L I O.

Aurelianen.

T bigamis pœnitentes, uel repudiatarum mariti ad sacerdotium non ascendant.

Dubitandi rationem faciebat, quòd bigami à sacerdotio non repellantur quia uidetur casus in c. placuit 50. d. in penitentibus loquens, ergo & in Bigamis locum habebit quia æquiparantur hic & dispositum in uno ex duobus æquiparatis, in alio quoq; dispositum intelligitur l. si quis seruo ubi glo. C. de fur. Soci. in l. sciendū ff. de lega. i. glo. in c. quanquam de elect. in 6. Ro. in auth. similiter in 40. speciali. C. ad legē fal. & consi. 120. colum. 2. & clarius quòd admittantur, legi uidetur in c. debitum infra eo. Et si (ut inquit Hiero. ad Pamachium) nec bigami, nec trigami, nec (si dici potest) octogami, peccant & damnantur. c. aperiant. c. fi. ad fi. 31. q. i. non est ratio qua dici possit eos fore excludendos, & not. etiam in c. 2. infra eo. ubi But. & Abb. latē.

Contrarium tamen hic deciditur, & in bigamis & pœnitentibus & repudiatarum maritis, Et ratio est in bigamis, quia non est in eis Sacra mentum unitatis, cum diuiserint carnem suā iu plures. Et incontinentes amplius, non audient uiduitatem hortari, & propter prærogatiuā ordinum præter hæc, non aliter dici etiā potest præallega. c. debitum infra eo. c. proposuisti 82. d. c. pe. 26. d. Quo ad pœnitentes autem propter dignitatem ordinum, & timore reincidentis, propter scandalum quòd posset in populo oriri, memoria præcedentium peccatorum, & quia deniq; non haberent animū corrigiendi peccata aliorum, & ut plenus not. in d. c. placuit. Quo ad maritos repudiatarum (loquendo tamen ut tunc, non ut nūc, quia repudium reprobatum est. c. gaudemus de diuor.) ea est decisionis rō & multiplex quidem quam in bigamis superius tradidimus, quia esto quòd repudiata fuerint uxores, prius tamen fuerant à maritis cognite & sic bigamia dicto casu etiam considerata.

Ad opposita respondetur facile. Et primum breuiter non obstante, quia tex. in d. c. placuit loquitur in penitentibus dispensatis, & quia ne cessitas & usus exigebat tunc ut admitterentur ergo non regulariter. l. quāsum. §. deniq; ff. de fun. inst. l. ius singulare. l. quod uerò contra ff. de legi. c. præsenti. §. loca de præb. in 6. imò quòd dispensantur ibi non ut ad sacerdotium

Equilib. Mantua

promoueantur, sed ut tantum inter ostiarios & lectores deputentur, nec tamen epistolam, uel euangelium legant, ergo nec dubitationem facit, nec argumentum æquiparatorum quantum ad decisionem istius tex. procedere videbitur. Non secundum quia ibi prima incognita, & mortua, duxit secundam, vel secundam non cognouit & sic non est bigamus, ergo nec repelletur, quia cui non conueniunt uerba legis, ut in pœnam incidat, eidem nec conuenit lex eiusdem decisio. l. 4. §. toties. ff. de dam. inf. Et minus tertium, quia (ut dicitur in. c. acutius 26. d.) non de peccato agitur, sed de sacramento, quo fit ut bigamus, quanquam non peccaverit normam tamē sacramenti amiserit. Non ultimum deniq; ex quo, not. ibi admitti posse ex dispensatione Papæ, quamvis difficulter, hac de re absolute inferioribus denegata, etiam, q; sit contra apostolum dicentem; Oportet episcopum eē unius uxoris uirum. i. Timoth. 3. quia apostolus prohibuit d. ordinationem non dispensationem, uel dic quod ibidem hoc non datur, sed quod possit Papa dispensare, si uellet, usq; ad subdiaconatum. c. lector 24. d. & laius ut per eosdem Hosti. But. & Abb. hic.

Præstatq; nobis argumentum decretalis ista ad multa & maximè quod bigamia odiosa sit, & non modò supra dictis rationibus reprobata & ab apostolo & à lege, ut hic & in. c. 2. infra eo. uerum etiam (adde tu) apud ethnicos, mulieres enim mortuis uiris, uel occisis, superuiuere noblebant, ne cogerentur secundos nosle concubitus. Dido soror Pygmalionis, multo auro & argenti pondere congregato, in Africam nauigauit, ibiq; Carthaginem condidit urbem, & cum ab Hyarcha libyę rege, coniugium peteretur, paulisper nuptias distulit, donec ciuitatem condidisset, nec multo post extructa in mariti quandam Sichæi, Pyra maluit ardere quam nubere. Hasdrubalis uxor capta & incensa urbe, cum se cerneret à Romanis capiendam esse, apprehensis ab utroq; latere paruulis filiis in subiectum domus suæ deuolauit incendium. Nec secus Nicerati coniunx, quæ iniurię uiri impatiens, mortem sibi consciuit, ne triginta tyrannorum, quos Lysander uictis athenis, imposuerat, libidinem sustinere. Imò quod à multis auibus etiam reprobata est (Digamia & non Bigamia legi deberet, quia Græce etiam διγυμον dicuntur (ut aduersus Iotinian. lib. i. D. Hiero. scribit) primusq; omnium Digamus, seu (ut nostri legunt) Bigamus fuit Lamech.

Et quod Bigamia, contra naturæ institutio nem esse uidetur, ex quo unus cum una esse debet, hinc spiritu propheticō dixit Adam, erunt duo in carne una Gen. 2. c. sciscitatur 30. q. 4.

In primam decret. partem

Et quod Monogami admittantur (hij enim sunt qui semel & uni duntaxat nubunt, à Monos solus, & gomos coniugium.) indubitatu; est, quia si Bigami repelluntur, non est ratio, cur Monogami non admittantur, argumentum in l. cum prætor. ff. de iudi. & in. c. nonne de præsumpt.

Et quod si Digami, siue Bigami repelluntur (iterato dixerim) multò magis, repellentur Polygami, (hii enim sunt qui s̄epe duxrunt uxores) auth. multò magis. C. de sacro sanct. eccl. l. quanto magis. ff. de iure iu.

Et quod ratio generalis, efficit, quanquam dictum sit particulare, ut id ad liuites rationis extendatur quod etiam vulgatum est. l. regula. §. & licet. ff. de iuris & fac. igno. & ibi Bar. un de Bigamus tametsi à sacerdotio repellatur hie nec aliud dicat, ab eleemosina tamē ecclesie excludi quoq; debet, & nouissimè (ut idem Hiero. inquit ad Gerontiam) quia indigna putatur stipe, quæ ad secunda coniugia deuoluta est.

A D D I T I O.

Quod cum iste tex. de bigamis lequatur in num. plurali ut in simili in rub. de actio. inst. not. eius decisio in omnibus Bigamis oculum habebit, siue bigamia uera sit siue interpretativa, siue similitudinaria, ut p. Archid. in. c. quisquis 84. d. Io. Mona. Geminia. & Ancha. in. c. unico, ubi etiam idem Archid. de Bigam. in. latissimè Stepha. afferri in decisio. Tholotan. 234. finis.

DE OFFICIO ARCHIDIACONI

A L E X. III. V I G O R. E P I S C O P O.



Rchidiaconus non uideatur de ecclesiastica institutione licere (nisi auctoritas episcoporū accesserit) in aliquos sententiā promulgare.

Dubitandi rationem faciebat text. in. c. cum ab ecclesiastum prælatis, de offi. ordi. ubi ad litteram uidetur casus, quod imò possit excommunicare. Et idem dicitur in. c. dudum 2. in. §. tandem de electio. & in. c. nemo. 2. q. i. & maximè quia si habet iurisdictionem in diaconos, & similes. c. ad hæc. c. ut nostrum infra eo. non est ratio cur non possit etiam excommunicare. l. 2. ff. de iur. o. iud. & ad idem Vicarius sit Episcopi. c. i. supra eo. & Episcopi ac Vicarij iudicium tribunal. c. 2. de consuet. in. 6.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deci-

Equilib. Mantua

decisionis est, quia arduum negotium est excommunicatio inq; eo de magno agitur præiu dicio. l. hi qui sanctam fidem. C. de apost. c. cor ripiantur 24. q. 3. ergo non facilè committendum archidiacono absq; episcopi auctoritate. c. adhæc infra eo. c. ubi periculum de electio. in 6. nimur igitur si excommunicare regulariter non potest.

Ad opposita respondet, & quidem facilè, nec obstat primum, & secundum quia id de consuetudine uerum est, non de iure ut hic p. glo. Abb. Hosti. & alios, dummodo sit pacifica & præscripta. c. fi. infra eo. cuius auctoritas non uilis est, inquit tex. in. l. 2. C. quæ sit lon. confue. l. imperatores ff. de pollicita. Non tertium quia uerum est, in habentibus iurisdictionem ab episcopis uel ex collatione seu confirmatione officiorum seu dignitatum ad quas assumentur, quia tunc sunt iudices ordinarii, & excommunicare possunt, ut ibi, & de quo etiam in. d. c. cum ab ecclesiastum prælatis. Non ultimum deniq; quia simpliciter iurisdictionem habet, ad effectum de quo ibi, non ut possit excommunicare, cum sit iurisdictionis episcopal. Et ad propositum facit quod dici tur exo. c. 18. ibi, quibus auditis Moyses, fecit omnia, quæ ille suggesserat, & electis uiris strenuis de cuncto Israel, constituit eos Principes populi, tribunos & centuriones, & quinquagenarios & Decanos, qui iudicarent plebē domini omni tempore, quicquid autem gratus erat, referebant ad eum facilitiora tantum modo iudicantes, & quo ad iurisdictionalia idem cōsistitorū ē, sed non ut excommunicet, nisi iurisdictionem habeat, ut supra declaratum est.

Præstatq; nobis decretalis ista, argumentum ad multa, & maximè quod limitata causa limitatum p. ducit effectum. l. in agris. ff. de acqui. re. do. l. lolemus. §. latrunculator. l. post item. ff. de excu. tu. Bal. in l. eius qui in. §. i. colum. 2. ff. de testa. & consi. 182. ad fi. uol. i.

Et ad idem quod limitata dispositio, suum effectum non extendit, sed limitat l. lucius. §. quæ habebat. ff. ad treb. d. l. in agris l. lacus. ff. eo. c. cum apostolus de censi. c. porrò de priuile. idem Bal. in loco præallega. Et quod uerbum uidetur, licet fictionem importe. l. i. §. deiecisse autem uidetur. ff. de ui. & ui. at. hic tamen cum à Papa probatum sit, ueritatem denotabit, de quo etiam alibi multa in l. naturaliter in prin. ubi Areti. & alij. ff. de acqui. po.

Et quod quæ in speciale priuilegium, maioriibus reseruatum est, non est aliis commune regulariter argumentum in. c. quod translatione de offi. lega.

Et quod deniq; sententia ap. in canonæ, de

In primam decret. partem 14

illa censuræ intelligi debet, & sic in potiori significatu, vt etiam legitur in. c. ad reprimendam & in. c. cum ab ecclesiastum prælatis, de offi. ordi. & utrobiq; not. & est argumentum in l. i. in. §. qui in perpetuum ff. si ager. uectiga. uel emph. peta. Finis.

I N N O. III.



T nostrū & infra: nec fuit sufficienter probatum, q; cäcellarius ex officio suo exerceat spiritualia memorata cum ea potius de iure communi, ad archidiaconi spectent officium, representare uidelicet ordinandos episcopo, & illos examinare, ponere Abbates, & Abbatissas in sede.

Dubitandi rationem faciebat, quod horum trium officium sit sacerdotum potiusquam archidiaconi tex. in. c. quando 24. d. ubi ad literam dicitur, quod episcopus, sacerdotes eligere debet, qui hæc omnia peragant, ordinandos representent, examinent, abbatesq; & abbatissas in sede ponant, ergo non archidiaconus alias sic promiscuis rerum usibus officia perturbaret, dictu absurdum. l. consulta diuaria. C. de testa. c. nos si incompetenter 2. q. 6. & ideo hic à simili, quod imperatori tributum est, non debet ecclesia usurpare & è contra, ratione prædicta, argumentum in. c. decernimus de iudi. indecorumq; est si unum membrum alterius officio fungatur. c. i. 89. d. & si duo fuerint gradus successivi & subalternati, primus de ultimo se non intromittit, nec ultimus de primo c. diaconus & seq. 93. d. Old. consi. 83. colum. 2. & consi. 180. colum. 3. Et quia nec curam animarum habet. c. nullus 16. q. 7. Nec iurisdictionem correctionem uel reformationem in monasteriis. c. adhæc supra eo. c. fi. infra.

Contrarium tamen hic deciditur, quod imò onus istud, officiumq; archidiaconi est, & nō alterius, decisionisq; ratio, quia ipse uicarius dicatur episcopi & oculus per quem episcopal. sollicitudinis cura debet relegari tum maximè cum ita sit iure communi decisum, vt hic & in d. c. ad hæc supra eo, & est argumentum in. c. o. stiarius 23. d. & quia nullus eo est maior post episcopum.

Ad opposita respondet facile, nec primū ullatenus obstat, quia illud uerum est ubi specialiter episcopus eligit sacerdotes, istud autem de iure, uel ubi archidiaconus non inuenitur, pro ut est uidere in multis ecclesiis, quod atiam in. d. c. ad hæc not. & hoc modo, secundū

quoq; cessabit , quia cum ad ipsum tale officium spectet , non dicetur sic alienum, usurpare nec promiscuis rerum usibus officia perturbari, & patet ad sensum, nec aliter dici posse, uterissimum est . Non ob. tertium & quartum quia procedunt in arduis , quorum archidiaconus non est capax , ergo secus in his de quibus hic , & in. d.c.ad hæc supra eo.&in. d.c. quando 24.d.

Præstatq; nobis hæc decretalis argumentum ad multa , & maximè quod paria sunt, non probare uel insufficienter probare argumentum in c.inter corporalia in. §. sed neq; supra de transla.ep. ubi nullum & inutile æquiparantur, multa in c.in præsentia de proba. unde cum hic, cā cellarius Mediolan. secundum Abb. & alios qui ex consuetudine , uel priuilegio prætendebat hæc omnia facere posse, quæ hic continentur, in probatione defecerit, non mirum est, etiam succubuisse , & ad archidiaconi fauorem ita quoq; determinatum fuisse c. cum Bertoldus de re iud. præallega. c.in præsentia de probatio.

Et quod quāmuis tria hæc tantum hic enumerentur , archidiacono competentia & ad eius officium spectantia, non est propterea , q; alia excludantur de quibus in. d.c.adhæc supra eo. argumentum in. §. hactenus insti.de gradi. & in.l.damni infecti stipulatio pertinet. ff. de dam.inf.& in.l. ob es. C.de præd. mi. & in l. i. & utrobiq; glo.C.de condi.ind.

Et quod examinatio ordinandorum debet esse diligens, tribus diebus continuis & sabbato , qui probati fuerint , debent episcopo representari,d.c. quando ad fi. 24.d.

Et ad idem quod una lex per alteram suppleti debet. c.super questionum in prin. de officio del.l.non est nouum.l.sed & posteriores. ff. de legi. & (vt ibi rursus dicitur, quanquam hic subiecteatur) omnia hæc, genus, patria, ætas, insti tutio, locus ordinandorum , ubi educati sunt si sint literati, si instructi in lege Dei, siq; fidem catholicam firmiter teneant diligenter adhuc inquiri .

Et quod deniq; non semper masculinum concipit femininum , de quo aliás in.l.i. ff. de uer. si. & in l. feminae .ff. de regu. iu. & patet quia hic non modo abbatem sed abbatisam etiam in sede per archidiaconum ponere debere dicit Papa . Nisi ex abundanti replicemus, dictum fuisse, non quod non conceperet , si de abbatे tantum installando expressisset, cum simus in fauorabilibus & de his aliás fuisse ut in locis præallega.

A D D I T I O .

Quod pro d.installatione, nihil dari recipi uè debet, tum quia non dicitur hic, tum quia non licet aliás fore simoniaca, prouisione Ho no.III. igitur Abbates Cisterciens. ordinis pro-

libentur solemniter installari, quia dare censid quid solebant, obedientiamq; præstare suis episcopis sufficit forma de qua in.c. ne Dei ecclasiam , de simo. Finis.

D E O F F I C I O S A C R I S T A E

EX CONCILIO TOLETANO.



T sciat se sacrifista subiectū archidiacono , et ad eius curam pertinere custodia sacrorum uasorum , uestimentorum ecclesiasticorum, seu totius thesauri ecclesiastici, nec non quæ ad luminaria pertinent, siue in cera, siue in oleo.

Dubitandi rationem faciebat, quod sacrifista non sit subiectus archidiacono , quia iurisdictionem non habet c.dilecto supra de offi. archidi. nec ullum ius in spiritualibus c.nullus 16.q.7. ergo nec in sacrifistam, & amplius quod nec eidem sacrifista uasorum custodia spectet, sed archidiacono quia est casus clarus , in c.ea quæ , co. ti. Imò nec archidiacono, sed iconomo, & custodi lampadum cura. c.i.infra ti.seq. Contrariū tamen hic deciditur , & ratio decisionis est, quia cum archidiaconus sit episcopi vicarius & ipsius oculus . c.i.supra de offi. archid. æquè conuenit etiam ut eidem sacrifista sit subiectus , sicuti epilcopo, argumentum in.c. 2.de consue.in.6.eidemq; sacrorum uasorum custodia pertineat , quia thesaurarius est, & cui onus hoc specialiter est iniunctum c.perleatis 25.d.

Ad opposita respondetur facile , nec primum obstare , quia imò iurisdictionem habet in archipresbiterum & diaconos c.i.de offi. archip. ergo & in sacrifistam . Non secundum quia id uerum est , quoad beneficiorum collationem , ut ibi legitur , ergo non quo ad ea de quibus hic. Non tertium quia principaliiter spectat ad archidiaconum , secundariò sacrifista, siue ad istum sub archidiacono, quod est idem ut hic per glo. Abb. & alios uel dicimus quod ille tex.loquatur de collectis, cimi nilibusq.i.ornamentis, nos uero de uasis uestimentis & thesauro , ergo nihil ad rumbum. Non quartum quia illud etiam procedit, quo ad res ecclesiasticas gubernandas, & immobiles , ergo non quoad hæc de quibus hic. Non ultimum deniq; , quia id (vt inquit adhuc gl. hic Abb. But. & cæteri.) ad diuersas ecclesiariū consuetudines, est referendum .

Præstatq; nobis hæc decretalis , argumentum ad multa , & maximè , quod mutilatus legis, seu

seu canonis sermo est subauditione iuuandus de quo etiam in.l.oratio. ff. de sponsal. Bar. in.l. i.ff. de testa.hic enim non facilè sensus elici poterat , nisi subauditum fuisset uerbum statuimus,& ad quod planè facit etiam tex. supra in c.i.supra ti.i. ita incipiens ut hic.

Et cum ita sit, quod d. uerbum est noui iuris promulgatorium ut inquit etiam glo.in.c. ut litigantes de offi. ordi. in 6. & in cle. fi. de rescrip. pulchrè Feli.in.c. decernimus ad fi. de iudi. Corne. consi. 243.col.i.uolu.4.Grat. consil. 107.col.i.uol. 2.

Et quod sacrifista cum subsit archidiacono , nullamq; iurisdictionem habeat, sed custodiā tantum sacrorum valorum , vestimentorum , & Thesauri, primicerio est minor , quia ille iurisdictionem habet c. i. & ibi not. supra ti. præceden.

Et quod quanquam distinctio nominum in uenta sit ut significetur diuersitas entium l. si idem. C.de codicil. Bald. in.l.vxor colum.i.C. qui accu. non pos. Barba. in.l. cum acutissimi colum. i i 2.C.de fideicom.attamen secus ubi aliter à lege decisum inuenitur ut hic. ubi sacrifista & Thesaurarius nomina sunt diuersa & tamen idem sonant c.perfectis 25.d. ut tabellio & notarius, Primas & Patriarcha, actio utilis & directa.l.generali.C.de tabula.lib.x.c.i. 99.d.c.coram ubi glo.de resti.in int.l. actio negotiorum gestorum. ff. de nego.gest. Abb. in.c. quoniam contra , colum. 2.de proba. bal. in.l. ex legato in prin. C.de lega.

Et quod deniq; Archidiaconi , primicerii , & sacrifista , cuius minister est etiam custos, ut infra in titu.seq. tria officia, sunt principalia in ecclesia cathedrali, pro ut in d.c. per lectis, legitur, ubi Præpo.in specie, ex 2.par. illius tex. declarat col.3.25.d. Finis.

DE OFFICIO DELEGATI.

ALEX. III. VINTON. EPISCOPO



Vamus simus & infra; si uero duobus causa committitur , etiam si non apparet, vt vnu sine altero procedat in ea , nihilominus vnu ex ipsis, siue suo coniudici siue alij uices suas potest committere in hac parte.

Dubitandi rationem facit , quod imò subdelegari non possit quia cum primum duobus cauila commissa est, personæ industria electa uidetur.c.fi.infra eo.argumentum in.l.inter artifices. ff. de sol. in simili Bar.in.l.nemo est qui ne sciat. ff. de duob.re. & quia delegatus ius dandi

iudicem non habet.l.à iudice. C. de iudi. not. in rub. de offi.eius cui man.est iu.& in.c.pasto ralis infra eo. Et quia (ut inquit glo.hic) causa commissa uidetur cum clausula , quod si ambo non poteritis, quæ operari uidetur si unus interesse non potuerit quod uices suas alteri committere non possit , uel et aliter quia si duobus cauila commissa est , non debet unus posse procedere sine altero ad idem considerates , licet iurisdictionem habeant iusolidum , quod tamen exercitium non habent nisi pro parte, ut per Abb.hic & not. in c. causam matrimonii & in.c.prudentiā infra eo.

Contrarium tamen hic deciditur , & ratio decisionis est, quia delegatus Papæ, subdelegat. d.l.à iudice & ibi planè per docto.not. in. d.c. pastoralis, nimis igitur si unus ex his , qui bus causa commissa est, uices suas , suo coniudici, uel alteri committere potest.

Ad opposita facile responderi potest & dici ad primum uerum non esse , nisi in casibus à iure expressis , de quibus in.d.c.fi. imò quod regulariter etiam si in cōmissione dictum fuisse est , quod personaliter cognoscant , delegatio fieri posset ut ibi. Non ob. secundum , quia procedit id in delegato ordinarii, ergo secus in delegato Principis , aliàs nulla esset inter eos differentia , dictu absurdum , ut per glo. in.l.nec honore .C.de ep. & cle. & in.l.iurisgentium in. §. si pacifcar. ff. de pac. Non tertium quia nec id uerum est ut hic clare liquet imò quod d.clausula (si cum ea etiam commissa fuisse causa) nihil operaretur, quantum ad protestatem subdelegandi , quam habet à lege d. c.pastoralis c.quoniam infra eo.d.l. à iudice. C.de iudi. Non quartum deniq; & ultimum quia non procedit solus , vel sine altero , ex quo collegæ subdelegatum habet, ut idē Abb. dicit & bene, estq; argumentum in.l. si eum in. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. & in.l.i. in .§. qui mandatam. ff. de offi.eius cui man.est iu. & in.l.solet. ff. de iu. o.iud.

Præstatq; nobis hæc lex argumentū ad multa , & maximè quod cautela erit , si pluribus causa commissa sit & duo sentiant contra te , unus autem pro te, ut prouideas illorum vices ei delegari qui sentit pro te, ut in suis ostendit Veron. 198 freti auctoritate huius decretalis.

Et quod idem, quod hic dicitur, in habente potestatem subdelegandi à lege, dici etiam potest in procuratore, qui efficitur dominus litis post litem contestatam.l.procuratoribns.l.nulla dubitatio.C.de procu. ut sic substituendi potestatem habeat à lege & ad effectum de quo per D.de rota decisio.414.ad fi.sub titu. de p. cu. in nouis.

Et quod adeo uerum est, subdelegatum sun gi uice subdelegantis, ut nō possit diuersas sen-

tetas ferre sed una tantum c. p. §. porrò de electio. in 6. argumentum in l. licet in §. pen. ff. de procu.

Et ad idem quod d. non potest habere subdelegatus eandem conscientiam diuisam, ut in d. c. p. declarat But. hic & Veron. in p. allega. caute. 198. & est argumentum ultra eos in l. eum qui edes. ff. de usucapio.

Et quod deniq; simultanea cōdelegatio duorum non necessitat utrung; ad personalē processum formandum sed benè ad formandum per se uel per alium, ut idem But. inquit & quā uis qui per alium facit per se ipsum facere uideatur, ut in regu. qui per alium de regu. iu. in 6. attramen quia uerum est istud facte l. i. §. deie cisse autem uidetur ff. de ui & ui arma. nō propterea processum personale formasse dicetur Finis.

DE OFFICIO LEGATI.

INNO. III. TI. SANCTI LAV
RENTII IN LVCINA
PRESB. CAR. SED.
AP. LEGATO.



Si specialis illa dilectio, quam ad personam tuam habuimus & habemus, iustum motum animi nostri, temperaret poena docente cognosceres quantum excesseris, qui spretis canonici sanctionibus, & con suetudine generali, motu proprio, præsumpsisti Troianum episcopum, de troiana ecclesia ad Panormitanā de facto trāferre.

Dubitandi rationem faciebat, quod legatus Troianum episcopum de troiana ecclesia ad panormitanam transferre potuerit, quia erat Cardinalis & sic de latere cuius potestas magna est, ut per Abb. in rubri. de confit. uti. uel inut. & in c. super his de si. instru. Barto. in l. prohibere in §. planē ad si. ff. quod uia aut. clām. unde uidemus, quod d. hinc maior reverentia huic debetur, quam alteri c. uolentes & ibi not. infra eod. & quia potest etiam beneficia in prouincia existentia, seu ciuitate sibi decreta, conferre, quod tamen alii facere nō possunt, nisi sibi specialiter committatur c. i. de offi. lega. in 6. Abb. in c. dilectus infra eod. titu. & maximē cum a positione clausula motus proprii, quae debet aliquid operari c. si motu proprio de præbend. in 6. & quia etiam absoluit excommunicatos ob manuum injectionem in clericos ut inf. in

c. sequen. & de quo aliās in c. si quis suadente diabolo 17. q. 4.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio de cisionis est, quia haec sunt de reseruatis papæ, in signum privilegi singularis, ad quæ sine spe ciali mandato legatus, manus extendere nō potest, ut infra in c. teq. igitur non mirum si reprehenditur hic à papæ, quod de facto præsumpsit idē facere, spretis canonici sanctionib. & consuetudine generali qd de iure facere nō poterat.

Ad oposita responderet, & facile quidem nec primum obstare, quia uerum est, uerius & secundum sed non tamen ut possit se de his intromittere, quæ sint (ut diximus) de reseruatis papæ, nisi sibi expressè fuerit concessum, ut not. in locis præalleg & in specie Barto. in d. §. plane. Ex quo tollitur quoq; tertium quia nec id est de reseruatis Papæ. Non ob. quartū quia inō ratione ista, nihil debet operari, temeritatem potius legati ascribendum quā in prudentia, quod eam appoluerit in actu facti, qui de iure fieri non poterat. Non quintum deniq; & ultimum, quia ut supra responderi posset sed dico etiam aliter, ut tex. met dicit ibi, illud ideo esse quia de speciali commissione, sepe absolutio fuit legatis indulta, usq; adeo ut ex ipso legatio nis officio, iam licere omnī legatis videatur.

Præstatq; nobis argumentum hæc decretalis ad multa, & maximē quod coniunctio nisi posita in princip. legis, uel orationis, componitur ex non & si prout etiam legitur, in cap. nisi supra de aucto. & usu pal. & est sensus, si non temperaret dilectio, quam habemus & habuimus ad tuam personam iustum motum animi nostri, poena docente cognosceres quantum excesseris &c.

Et quod quemadmodum poena remitti potest, homini uirtute prædicto, excellentisq; ingenii & artificii, ut Severus, capta Anthiochia Prisco Niceo, cuiusdam & est casus in l. ad bellis ibi roboris & artificii ff. de poen. ita remitti potest ratione amicitiae & dilectionis, ut hic.

Et ad idem quod prodest quā in maximē habere iudicem fauorabilem c. consuluit de officio. Abb. in c. i. ad si. de consti. c. i. & ibi not. re iud. in 6.

Et quod stultus in culpa sit in poena sapientia quod etiam hic dicit glo. & Bald. & suar. uerba Gregor. in moralibus de quibus in c. quia ea 3. 8. d.

Et quod deniq; sperti non debent canonicas sanctiones, nec in ludibrium ordinis clericalis, contra sacrorum canonum instituta aliquid inordinate fieri, ut etiam dicitur in c. uel non est supra de temp. ordi.

AD DITIO.

Quod præsumere sonat in uicium de quo c. tiam in c. i. de uita & ho. cle. & in c. romana in

§. si uero & ibi Archid. in 6. not. in c. 2. de iud. & in c. consuluit de fil. pref. & in §. & hoc peruenit in auth. ut nulli iud.

Et quod facta de facto, debent de facto retrastari, ut etiam dici gl. in l. minor xxv. ann. ff. de euictio. quia de iure (ut dixi) Troiana ecclesia non potuit ad Panormitanā transferri, cū sit de reseruatis principi. d. c. quod translationem infra eo. Finis.

DE MAIORITATE ET OBE
DIENTIA.CLEMENS PAPA TER
TIVS.

Mnes principes terræ, & cæteros homines, episcopis obedire Beatus petrus præcipiebat.

Dubitandi rationem faciebat, quod non omnes de dicēti episcopo obedire teneantur, namq; imperator est dominus totius mundi. l. deprecatio. ff. ad legem rhod. de iac. l. benè à zenone C. de quad. præscrip. Bar. in l. si duas in prīn. ff. de excu. tuto. & ita quidem ut si quis aliter diceret foret hæreticus ut inquit Bal. in l. si ab hostibus col. 2. inst. quib. mo. ius pat. po. sol. ergo conueniens esse non uidetur, quod obediatur episcopo & maximē quia duo sunt genera personarum c. solite infra eo. c. duo sunt genera 1. 2. q. i. & iurisdictions limitatae, & quia si obediendum est, obedientia papæ præstari debet, cum sit iudex ordinarius omnium iudicium c. per principalem c. cuncta per mundum 9. q. 3. Abb. in c. si col. 2. de iudi. & in c. i. colum. 4. eod. tit. & in c. significasti in ult. not. de offic. dele. & in praxi sua colum. 4. Are. in c. ad hæc col. 2. de refcript. & uidetur casus in c. 2. supra eo. ubi qui non obediatur principi, morte mori debet, originaliter Deuteron. 17. c. ergo non episcopo. Et magis in terminis in §. si uero episcopus, in auth. de sanctiss. ep. ubi est in potestate actoris conuiri clericum coram iudice ecclesiastico, uel ciliui de criminе.

Contrarium tamen hic deciditur, quod principes omnes, cæteriq; homines debent episcopo obedire, & ratio decisionis est, quia episcopali dignitate nulla maior c. causam matrimonii & ibi Abb. de offi. dele. & quanquam episcopus, archiepiscopus efficiatur, non tamen episcopus esse definit, inō quod papa etiam se uocat episcopum, & episcopus rursum dictus est quasi superintendens, sal terræ sanctissimus, legatus christi pater spiritualis frater pont. maximi coepiscopus columna ecclesiæ, & ex plora

tor eiusq; munus proprium, docere populum Christum & arcanas scripturas, cle. i. §. nec super de pœn. dixiq; ego alibi satis, nimurum igitur si ei omnes obedire tenentur, in sua diœce si, quia sic et obediunt Xpo. cuius typum ipse episcopus gerit, cum etiam Christus, episcopus fuerit.

Ad opposita respondet facile, & quidem non obstante primum quia uerum est in temporalibus, non in spiritualibus, prout not. in d. c. duo sunt genera, quo sit ut cum dixerit tex. hic omnes principes sine dubio etiam Imp. & qui uis alias, qui aliquem in superiori non recognoscet, sine dubio comprehendatur. eoq; magis, quia Imp. imperium habet à Deo ut not. in c. per uenerabilem qui sit. sit legi. & in cap. uenerabilem de elec. Christus filius dei, erat episcopus, typum christi (ut diximus) representans, ergo. Ad secundum responderet, uerum & istud esse, quod duo sunt genera personarum spiritualium & temporalium, iurisdictionsq; limitatas, sed non quod una minus digna non subsit digniori, spirituali scilicet, eq; non obdiat argumentum in c. quod in dubiis de consecr. ec. uel alta. ratione dicēcis. Non ob. tertium quia tantum est prædicta ratione, episcopus in sua dicēci (scilicet quantum est in universo pontifex argumētum in l. si duo ff. de ad. tu. & in l. gallus in §. instituens & ibi Bald. col. i. ff. de libe. & posthum. Non quartum quia & id quoq; ad episcopum in sua dicēci (iteratō dicam) potest applicari qui in ea princeps est, in spiritualibus, usq; adeo, ut etiam ei omnino sit ab omnibus obediendum. Non deniq; & ultimum, quia ille text. loquitur in clericō degradato ab episcopo, deinde tradito curiæ seculari castigando & sic non amplius clericō, nō quia è contra spiritualis obediatur seculari, ex quo nimis absurdum foret, sed quia laycus est, nec ecclesia ponit falcam in messem alienam. c. nullus de paroch. cum nec de sanguine iudicet c. sententiam sanguinis ne cle. uel mo.

Præstatq; nobis argumentum decretalis ista ad multa & præsertim ad uulgatum illud, de quo etiam in l. iulianus. ff. de lega. tertio c. solitare infra eod. c. si Romanorum xix. d. quod qui omne dicit nihil excludit, quodq; diuisionem non admittit qui sic loquitur. ut in psal. dicebat magnus Basil. non omittentes quoq; uniuersale plus esse & plus operari, quam indefinitum, quanuis dicamus etiam quod indefinita æquipoller uniuersali. l. si pluribus. ff. de lega. 2. c. ut circa de elec. in 6. & declarat Corne. consil. 24. colum. 2. uolum. 4. quodq; sic uerbum prīcipes large capi debet p. quolibet potente utetiam in c. iudæi de iudæ. & in c. cum secundum de hære. in 6.

Et quod confunditur neruus ecclesiastici ordinis

dinis & disciplinæ, si sua uiuicuiq; non seruatq; iurisdictio c. peruenit xi. q.i. in simili in c. cū inter de consue. & in cle. i. de sen. exco.

Et quod quemadmodū in societatibus humanis, siue societatis humanæ potestatibus, major minori ad obediendum præponitur, ita præponi debet Deus omnibus c. quæ contra 8. d.

Et quod non ab re obedienciam præcipiebat hic Petrus, qui prius Simon appellatus est & interpretatur obediens, ex quo obediere fructuosest, & major uirtus quam pugnare acriter, dicebat Agesilaus Spartanorum rex, exemplo; eiusdem Petri & Andreae fratris doceatur, qui pescantes nihil caperant, iussi tamen a domino laxare retia statim copiosam pescium multitudinem ceperunt.

Et quod deniq; sum mōpere laudandus est, qui opinionem præceptoris sui refert, & tueritur, ut facit Clemens petri discipulus in text. isto quod etiam doct. hic notant præsertim But. & Abb. & de quo aliás in l. qualem cum seq. ff. de arb. ubi Cassius sic sententiam magistri sui excusat & in c. cum beatissimus 24. q.i. ubi gl. idem Abb. & Deci. post eum in c.i. ille colum. 8. iste nume. 44. de postu. præla. & est etiam no. tex. in l. quæsum in §. Trebatius, ibi, & ita Seruuum respondisse eius auditores referunt. ff. de fun. inst. & in l. an manumittere ff. de ma. uin. & in l. si ædibus ff. de dam. inf. si tamen uera sit, namq; dici id unum poterit & ab ipsa præceptoris recedi Amicus Plato, amicus socrates, sed magis amica ueritas, ut inquit ét philosphus, & idem Abb. hic & in d. c. i. de postu. præla. & in c. qualiter & quando colum. 2. de accu. item ueritati non est uir præponendus magni uiri sunt certè sed maior est ueritas uirtutis mater immortalis, & quam Louis filiam Pindar. singit quia à Deo uenit, qui uerus Iupiter est, & ipse deus, non aliud quam ueritas, regia amplitudini præferenda amplius nec timendū, dummodo eidem innitamus, iuxta illud psal. 118. loquebar in conspectu regum & non confundebar.

A D D I T I O.

Quod episcopus fundet iurisd. suam in tota diocesi & in qualibet eius parte usq; adeo ut dominorum Capellæ, & capellani ibidem administrantes, subsint ordinariis illorum locorum, & non magistris capellarum, & domini in spiritualibus episcopis locorum prædictorum de quo etiam 10. quæstio. i. per totum & in c. omnes basilicæ xvi. q. 7. & in c. cum episcopus de offi. ord. in 6. Abb. in c. cum capella col. i. de priuileg Finis.

I D E M.



Quod super his & infra, Bates & sacerdotes dio- cefana tibi lege subditos, qui ad tuam synodus uenire contemnunt (dummodo in ipsa synodo, non ducas aliquid statuendum, quod canonici obuiet institutis) per cen. ec. ad syno- dum illam uenire compellas & debitam tibi obedienciam, & reuerentiam exhibere.

Dubitandi rationem faciebat, quod Abbat ad synodum uenire non compellantur, casus clarus in c. episcopus 28. d. ubi ad literam dicitur quod episcopus, non debet cogere Abbat ire ad Synodum & cum in uerbis non sit diffi- cultas non est admittenda uoluntatis quæstio, uulg. l. ille aut ille §. cum in uerbis l. non aliter, ff. de legat. 3. & idem dicitur etiam in c. f. 18. q. 2. & not. in c. dilectus de offi. ordi. uerum & adhuc quod nec sacerdotes compelli debeant, facit quia si curam non haberent, satis durum uideretur, eos legi Diœcesanæ in hoc esse subie- cto, & quia non possunt uocati nec tenetur diuinare quid in synodo statuendum sit l. putat ff. ad legem aquil. l. apud celsum §. illa etiam ff. de excep. do.

Contrarium tamen hic deciditur, quod im- hii tenentur obediare, & ad synodum ire. Et ratio decisionis est, quia cum lege Diocesanæ subdit sint, debitam obedienciam & reueren- tiam, suo prælato præstare debent & tenentur, & uocati ad Synodum promptio animo acc- dere, aliás tanquam contempnentes censura ea ad id compellarentur (ut hic dicitur) & est ar- gumentum in l. si familia, ibi fortasse, quia con- tempta maiestas præatoria uindicatur ff. de iu- risd. o. iud.

Ad opposita responderetur facile, & non ob- stare primum quia iura illa loquuntur in Abba- tibus Cisterciens. non habentibus populū neq; capellas subiectas, populum habentes qui com- pelli non possunt nisi rationabilis causa subit ut in d. c. episcopus & ut hic not. ibiq; latius Præp. Alex. declarat. Quo modo tollitur etiā secundum quia sic pari modo intelligi debet hoc est in sacerdotibus cura habentibus, & nō ab re utrumq; quia Diœcesanæ legi non subi- ciuntur, & si obiiceretur cum nec illud, nec istud in casu decretalis nostræ, dictum fuerit, nec nos dicere posse, quandoquidem nostrum non sit legem extendere l. de præcio. ff. de publi- cia. l. si uero §. de uiro ff. solu. matrimo. l. si fer- um

num. §. non dixit prætor. ff. de acqui. hæ. respō debo di ci ratione (ut proximè dicebā) quæ ani- ma legis est l. scire oportet §. & si maximè ff. de excu. tu. Cyn. in l. non dubium C. de legi. & ita quidem ut uerbis preponderet, non secus ac corpori anima inquit Bal. in l. si quis seruo C. de fur. Non deniq; tertium & ultimum, ob. quia intelligitur tex. si in citatione causa minus licita expressa fuisset, uel quod notoriæ consta- ret in Synodo, debuisse aliquid statui contra ca- nones, quasi dicat hoc casu compelli non posse eos ad Synodum accedere, & sic quod de diu- nando dicebat ur, non facit ad propositum.

Præstatq; nobis decretalis ista argumentum ad multa, & maximè quod non est in potesta- te inferioris tollere legem superioris, clem. ne romanis de electio. quia nec episcopus potest sta- tuendo derogare iuri communi, ut hic, & in c. institutionis. 25. quæstio. 2. Roma. consil. 428. ad fi.

Et plus adhuc, quod nec posset episcopus statutum facere contra ius canonicum, etiam si confor- matio esset iuri ciuili, puta quod in suo fo- ro, à sententia interlocutoria appellare non liceat de quo tamen late Anchara. in rep. c. canonum statuta colum 115. & 116. de constitut. & hoc (præter dicta aliás ibi) quia text. hic generaliter dicit, dummodo in ipsa Synodo non ducas ali- quid statuendum, quod canonici obuiet insti- tutis l. i. §. generaliter (uulgata) ff. de legat. præ- stan.

Et quod non semper par est uirtus taciti & expressi, de quo aliás in l. cum quid ff. si cer. pe- tat. patet quia licet statutū fieri non possit con- tra canones, ut hic signanter dicitur, potest ta- men consuetudo (non enim differunt nisi ut ta- citum & expressum l. de quibus ff. de legi c. in his 2. d. Ancha. in loco præallega.) introduci fin. de consuetu. Abb. in tubr. eo ti. in princi- pot. in c. quæ in ecclesiaram & ibi in specie De- c. col. 6. de constitut.

Et quod laici possunt facere statuta contra canones, dummodo non sint contra bonos mo- res, uel resuata principi tangant, siue Cano- nes expreſſe resistant, & hoc idem quia tex. hic loquitur in clericis statuta identidem facienti- bus, & statutum clericalem concernentia ar- gumentum in l. cum prætor ff. de iud. & in c. nō ne de præsumpt. & latius declarat Abb. in c. qd clericis col. si de fo. comp. & Deci. in c. si duo- bus col. 3. de ap.

Et quod deniq; non ualebit statutum epis- copi, aut capituli de vacante factu, contra cano- nes etiam si iuratum fuerit l. non dubium & i- bi per docto. C. de legi c. non est obligatorium de regu. iu. in 6. & non ab re quia (ut supra di- cuit est) inferior legem superioris tollere non potest, nec est discipulus supra magistrum c. sa-

cerdotes c. oues 6. q. i. & exemplum est, si à ca- pitulo sede uacante (ut dixi) minuatur charita- riuum subsidium, uel ei aliud prejudicium in- feratur, & iuratum sit ut statuto & iuramen- to non obstantibus, episcopus possit consuetu- exigere, ut pulchre Lap. decisio. 20. tenuisse ui- detur, quem refert & sequitur post multa Bel- lenzi. in tracta. de charitati. sub. q. 45. colum. 2.

A D D I T I O.

Quod graue est & nefarium, episcopum suū contemnere, ut etiam dicitur in c. 2. supra eo. & hinc quod peccat clericus diuersa beneficia maximè in diuersis diocesibus existentia, recipiendo ex quo facit contra concilii interdictū ambitionem cupiditatemq; ostendit, & suum episcopum contemnit c. quia, de cle. non res. in ec. c. quia, de præbend. c. si quis episcopus c. si quis de ordine 7. q. i. d. c. 2. & primo de maio. & ob. Archid. in c. clericus colum. 2. 21. q. i. & idem in Collectore, capiente ornamento diu- nis officiis deputata, licet nondum benedicta & consecrata supradicta ratione contemptus dicit Bellenz. in tracta. de charitati. sub. q. 92. colum. 3.

Et quod lege dei obligamur obediare supe- rioribus, quodq; peccat mortaliter, qui contra legem prohibituam uenit, ita Corn. consil. 287. colum. i. uolum. 4. multa consil. 313. nu. 3. eod. lib. Finis.

DE PACTIS.

G R E G O R I V S.

Qualiter in Sardinia & infra:
Tudiosè agendum est, ut ea quæ promittuntur opere compleantur.

Dubitandi rationem facie- bar. quod promissa non im- pleantur, si promittens requi- situs nolit & recuset, & potissimum uulgatum illud, quod iam factum est, trito sermone pro- uerbium, promittas facito quid enim promit- tere ludit; Pollicitis diues quilibet esse potest, sentusq; est promittentem, efficaciter uirtute promissionis simplicis, non teneri, nec effectua- liter cogi posse (ut dixi) ad ea quæ promittun- tur ut opere compleantur præsertim quia regu- la etiam est, ex pacto nudo actionem non oriri l. iurisgentium §. sed cum nulla §. quinimodo ff. de pac. usq; adeo ut stultus sit qui tali sic pro- mittendi credit, eiq; dici possit, amice, disce cau- tius negotiari ut dicit text. in l. 2. C. de fur. &

probatur adhuc, quia specialiter producit in nautico senore, in ciuitate credente pecunias alteri, & in usuris quidem. l. periculi premium. ff. de nauti. fœno. l. etiam ff. de u. u. not. in l. singularia. ff. si cer. pet. qui casus firmant regulam in non exceptuatis. l. quæ situm. §. deniq;. ff. de fun. inst. instrumentoq; leg.

Contrarium tamen hic deciditur & in c. i. de ducendout supra & in c. quicq; 12. q. 2. & in c. quia ioannes ea. cau. q. 5. Et breuiter decisionis ratio est, quia Deus non facit differentiam inter simplicem loquaciam & iuramentum c. i. iuramenti 22. q. 5. glo. in c. penul. de iureiu. & in d. c. i. supra eo. Abb. hic & in prohe. Gregoria. ad fi. Bald. in l. petens ad fi. C. de pac. & in l. cū quis C. de iuris & facti igno. Roma. consil. 30. in princip. Gui. papa consil. 31. colum. 7. & consil. 32. colum. i. Et ideo dixit Laban ad Iacob. Gen. 30. Gratum habeo quod petis. Nec debet promittens uenire contra simplex uerbum suu & alind gerere in corde aliud in ore, ut in c. psalmista. 23. d. & in l. obseruandum ff. de offi. præsi. sed dicere quæ processerunt de labiis mei nō faciā irrita sicut psal. 88. legitur, Anch. c. consil. 313. col. 2. item est est, non nō, ut admonet nos Euan. Mat. 5. & affirmatio uel negatio, ita procedat ex corde, ut ex ore, inquit ēt tex. in c. & si christus in prin. de iureiu. Et quia etiam ius canonicum in æquitate naturali fundatum est. c. dilecti de iudi. uerum natura æquum est & fidei humanæ congruum, quæ partibus placuerunt quæq; promissa sunt seruari & opere compeleri l. i. ff. de pac. ergo.

Ad opposita respondeatur facile, & primum quidem non obstare, quia id uerum est, de rigore iuris, & in illis qui Deum non timent, quiq; dixerunt insipientes, in corde suo (ut psal. 13, dicitur) non est deus. parum considerantes etiā quod dicitur in l. i. ff. de consti. pe. graue ac nefarium est fidem fallere, & quod hostibus etiā seruanda est l. i. §. non fuit ff. de dolo, & quod non est vir bonus qui promissa non seruat, vt inquit Bald. consil. 343. colum. 2. uolum. i. nos autem de iure canonico, aliás inter unum & aliud, differentia non esset haud dicendum, sicuti ergo in multis differunt, (quod notissimum est) ita etiam hoc casu differre dicemus, & utruq; in foro suo seruari debere, ut inquit glo. in c. 2. de arbi. in 6. ex quo tollitur etiam secundū stantibus supra dictis, & est casus, quod de iure canonico pactum nudum actionem producat in c. i. de pac. in 6. & ita etiam communiter tenetur. Et ad propositum dicebat alibi Bald. quod dictum ius canonicum adhuc, non curat apices iuris sed substantiam fidei promissæ sic, consil. 114. ad fi. uolum. v. & est argumentum in l. si fideiussor in §. quædam ff. manda. & quod ita communiter teneatur per tex. in d. c. i.

& in c. per tuas de arb. tradit Corne, dicens. 9. tiam quod indubitata opin. est consi. 2. colum. 3. uolum. i. & consil. 13. nume. 2. eod. lib. pulchre Bal. in d. l. iurisgentium in §. si ob malef. cium colum. 3. ff. de pac. Ruit quoq; tertium & ultimum, quia uerum est, quod predicti casus firmant regulam in non exceptuatis, iure c. uili (iterato dixerim) sed nō canonico, ex quo si non essent de regula, nec regulæ conuenirent seu firmarent eam in non exceptuatis argumen- tum in l. in rem in §. item quæcunq; ff. de i. uend.

Præstatq; nobis decretalis ista, argumentum ad multa, & maximè quod qui recedit à pacto mortaliter peccat, ut etiam p̄r istum text. dicit Ancha. consil. 92. colum. 2. & cogendus est implere promissa, inq; pacto contenta & forte non ab re usus est Grego. hic uerbo studiose, declarando ut per Abb.

Ec quod ubi uerba ad iudicem diriguntur, ipsius officium etiam poterit implorari, ut per glo. in l. si soror C. de colla. qui agentem studiose & effectualiter (non contentus simplici sententia excommunicationis) compellat (ut dixi) promissa impleri.

Et quod uerba cum effectu semper sunt intelligenda, de quo etiam in c. relatum de cle. non ref. in ecclesia. & in l. i. in §. hæc uerba ff. quisq; iu. aliás nihil operarentur & male, cum nec aliud quam effectum cōsideret lex l. si quod ff. de lega. i. c. si papa de præbend. in 6. l. 2. cōia del. l. nomen filiarum §. habere ff. de uer. Et qd ubi opus est facto uerba non sufficiunt, de quo etiam in l. prætor ait in §. si quis paratus ff. de ho. op. nunt. & in l. obsignatione C. de sol. & in l. qui decem in §. idem responsum ff. eo. & ut But. hic declarat tamē tu adiecte, quia sufficiunt iure isto, uerum facto etiam opus est si promittens implere promissa recaret, & latius ut dictum fuit supra.

Et quod deniq; uerba adhuc semper intelligi debent secundum subiectam materiam l. i. no. ff. loca. quæ est ut de simplici promissione intelligentur, ex quo civili iure fieri solet a lias stipulatione mediante §. si scriptum

ist. de inur. stip. Bal. in l. i. col. 2. C. de

u. & in l. i. col. 2. C. de dot.

promi. Abb. in c. i. col. 2.

de iud. l. scien-

dum col. 2. ff.

de uer-

bo.

ob. Imo. consil. 102. nume. 7. idem

Bal. consil. 476. col. 2. uo-

lumi. i. Fi-

nis.



Ccepimus quod quædam sunt ecclesiæ, clericis tali tenore cōcessæ, quod post eorum obitum, alii nominati succedant. uerum quoniam hoc iniquum est & sacris canonibus inimicum, & ideo nō debet aliquatenus tolerari mandamus, quatenus hīmō successiones tā detestabiles & iniquas, appellatione cessāte phibeas, & oino friuolas & inanes eē decernas.

Dubitandi rationem faciebat, quod pactum ualeat de succedendo post mortem prælati, in ipsius ecclesia, quia primum ait prætor, pacta seruabo l. iurisgentium §. prætor ait ff. de pac. & Vlp. l. C. in l. i. ff. eo. nihil tām congruum fidei humanæ, quam ea seruare, quæ partibus placuerunt & in l. i. in §. si conueniat ff. depo. quod contractus ex conuentione partium legē accipiunt, & idem in l. legem C. de pac. & in l. contractus ff. de regu. iur. & in l. i. ff. de consti. pecu. quod graue est, perfidiosum atq; nefariū tam fallere atq; non seruare. qua de re, Augeam aliorum regem fidem non seruantem, occidit Hercules, & ita ad propositum arguit Bal. consil. 371. uolu. 3. dicens quoq; alibi, quod graubus fallere graue est grauoribus grauius exemplaribus uero uiris, grauisimnm consil. 343. colum. 2. uolum. i. & dubitationem faciebat adhuc text. in c. petisti 7. q. i. ubi in ecclesia secundum canones datur successio quicquid hic dicitur. Et etiam quia præsumptio est tām ex parte pacientis, quam eius cui pactum fit c. cum in cunctis de elect. c. duo sunt 12. q. i.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio de cisionis est, quia successiones hereditariae in ecclesia dei, sunt detestabiles, fieri non possunt, nec admittuntur c. ex transmissa c. ad extirpandas, de fil. presb. & not. etiam glo. & docto. hic præsertim But. & quia dignitas successione nō datur, sed canonica tribuitur institutione.

Ad opposita facile respondeatur, non obstat primum secundum & tertium, quia uera omnia sunt, quando pacta dolo malo inita, nō sūt non contra leges & canones, plebiscita, S. C. edita decretaq; principum, & alia de quibus in d. §. prætor ait quo declaratur quod dicitur in d. l. i. ff. eod. & in d. §. si conueniat, quoniam non propriè pacta sunt & conuentiones, ut in simili de testamento dicitur in l. 2. in §. i. ff. quē admo. testa. ap. & de causa in l. paulus ff. de uer. sig. & de pecunia in l. eleganter in §. qui reprobos. de pigno. ac. uerum hæc sunt iniqua con-

tra canones, & bonos mores inducentia uotū captandæ mortis c. nec captandæ de concessio. præben. in 6. not. in l. fi. C. dc pac. ergo nimis si non ualent. Nec est uerum (quoad quartum) quod graue sit fidem fallere, quia & id quoq; uerum est, si non sit promissio & pactum improbatum à lege, sed istud huiusmodi est (ut di xi) ergo graue non erit. maximè quia nec ipse pacifcens est, qui à pacto discedit, sed lex pactum ipsum (ut pote iniquum annullans & irritans, imò quod fallere rutsum non dicetur, cum nullum sit, & cum non entium non sit qualitas l. eius qui in pronicia ff. si ccrit. peta. Non ob. quintum quia ibi fuit specialis indulgentia, episcopi Senectute grauati, cui fuerat datum coadiutor, & sic nō sine causa (ut iuris est) qui eidem morienti succederet. ergo non officit, quod in ecclesia detur successio eo mō quo hic. Non ultimum deniq; quia uerum est in dubio, at hic sumus in casu claro, dubii apertiq; iuris, non est par eademq; ratio, nec in re clara difficultas l. continuus §. cum ita ff. de uerb. obliga. aliás in scyrho nodum quereremus ut Comic. inquit ergo.

Præstatq; nobis argumentum decretalis ista ad multa, & maximè quod lex odit & expellit, omnem iniquitatem, ut etiam dicitur in l. i. in §. i. C. de uet. iure enuclean. & in l. pen. ff. de iusti. & iu. & in l. nō usq; adeo ff. si quis à pa. sue, ma. & in l. iurisgentium in §. sed si fraudandi. ff. de pac. & in l. i. ff. de eo quod cer. lo. Bal. pulchre consil. 398. colum. 2. uolum. 3. & ideo dicebat hinc Hostien. in c. quintaallis de iureiu. & Barto. in l. i. ff. quod ui aut clam. & Anch. consil. 167. colum. 2. quod iudea ex officio debet occurtere manifestè iniquitati, etiam si parti uia foret præclusa, per pactum uel per statutum. & Dyn. in regu. scienti de regu. iu. in 6. & idem Ancha. consil. 207. ad fi. quod pactū quantuncunq; iuramento firmatum super obseruantia arbitramenti, non excludit quærelam iniquitatis quid, quod iniquitas omnia præcipitat c. inter hæc de pen. d. 3. ca. 2. ubi glo. 6. i. d. quodq; sumo iniquitatis, combusta fuit Angelo rum uirtus, & quod deniq; peccatum opus iniuitatis est, ut hic pactum.

Et quod ius succendi dilatari non debet, si id non patiatur æquitas, ut hic & limitabitur quod dicitur in §. adhuc inst. de bo. po. & in l. in testamentis ff. de regu. iur. & per Bal. consil. 398. colum. 2. uolum. 3. supra alleg. licet ad aliud nec angustari ut olim in legibus xii. tab. & de quo in d. §. adhuc, sed annullari penitus & irritari, imò quod iniquitas euident, nullitati comparatur, dicebat Cur. seni. in l. si diuersa n. i. C. de transac.

Et quod aduerbiu aliquatenus, omnino & similia sunt præcise significationis, ut etiam

dicitur in c. super eo. 2. de testi. & in c. ex ore de his quæ fiunt à maio. pat. cap. & in c. memini-
mus de ap. & in c. de cætero de testi. & in c. at si
clericis in princip. de iudi. & in c. cum contin-
gat de iure iuri. & in c. quāmuis de pac. in 6. De
ci. consi. 3. 10. col. i. uolu. 2. Corn. consi. 27. col.
i. uolu. 4.

Et q. èt appellatio quanquam defensio sit
& præsidium innocentia, per quam iniquitas
iudicantium corrigitur c. suggestum de ap. l.i.
ff. eo. l. præfeti etiam prætorio ff. de mino. c. ad
nostram de ap. & defensio tolli non posuit, cū
sit de iure naturali l. i. §. cū arietis ff. si quad.
pau. fe. di. l. ut uim ff. de ius. & iu. tolli nihilomi-
nus poterit c. i. de rescrip. & nimis q. tollitur
formalitas appellaudi, quæ est de iure positivo
non prout est defensio, sicut etiam actio, quæ
est de iure ciuili l. 2. §. deinde compositæ sunt
actiones ff. de ori. iu. queq; tollitur, sed non tamen
ut iustitia tollatur c. quæ in ecclesiasticalium
de constitutio. & dixi ego in c. i. de rescrip.

Et quod deniq; reiici debent, quæ friuola &
inania sunt. ut successiones in ecclesia dei, estq;
argumentum in l. præcibus. C. de inoffi. dona.
& in l. nam is ff. de dolo. & in l. neminem. C.
de decu. lib. io. & in c. cum appellationibus fri-
uolis de ap. in 6. & in c. ueniens in §. i. de accu-
sa. & in c. dilectus filius 3. de præben. Finis.

DE TRANSACTIONIBVS.

LV CIVS. III. OR M EN.
episcopo.

Dicitur, quando inter laicos & uiros religiosos, de presentatione alicuius ecclesie, q. o. ne suborta transigitur, ita quod præsentationem laicus obtineat, religiosi uero nouam uel maiorem percipient in ecclesia in qua prius, nullam uel minorem habere coniue-
rant portionem an huiusmodi transactio teneat quæstus. Cum igitur ipsa pactio Simoniaca merito uideatur. Responde mus q. de iure non tenetur, nec ex eo reli-
giosi ullum debent commodum obti-
nere.

Dubitandi rationem faciebat, transactionem super iure præsentandi factam ualeat, & potissimum; quia si eiusdem iuris capax est laicus, æq; conuenit ut transactio etiam ab eo facta ualeat & teneat, præsertim propter recessum à lite & fauore liberationis l. dedi in princ. & ibi Bart.

ff. de cond. ob cau. Et quia transactio species pa-
cti est l. i. C. de transactio. nihilq; tam congu-
humanæ fidei quæ seruare ea quæ partibus
placuerunt, graue autem & nefarium fidem fal-
lere l. i. ff. de pac. l. i. ff. de consti. pe. & quia nus
patronatus uendi potest c. ex literis de iure pa-
ergo & transfigi. Et adhuc quia si de re ecclesi-
astica duo litigant, potest compromitti, compro-
missum est transactio auth. si uero contigerit.
C. de iudi. ergo. & maximè cum non sit facta su-
per spirituali c. quanto de iudi. Et uidetur ca-
sus postremo quod ualeat in c. super eo. su-
pra eo.

Contrarium tamen hic deciditur, et ratio de-
cisionis est, quia non licet super re spirituali trâ-
sigere interuentu pecuniae d. c. tuperco. c. statui-
mus supra eo. c. cum clericis de pac. cum igitur
transactio hæc fuerit simoniaca, ualeat non po-
tuit.

Ad opposita respondeatur, & facile quidem
N. anq; primum non ob. quia stant ista simoniaci
laicus sit capax ex quo non est mere spirituale
sed mixtum ut not. in rub. de iud. & tamen trâ-
sigere non posuit, quia Simoniaca est ut supra.
Non secundum quia esto quod aliquo cau fa-
uorabilis sit, non tamen erit ista, ratione predi-
cta, cum nec transactio sit l. 4. §. condemnatum
ff. de re iud. Non tertium quia et ipsum uerum
est, nisi sit contra leges & canones l. contrain-
dit, parum cogitantes, quod est idolorum ser-
uitus, omnium malorum radix, cui semper est
vicina crudelitas, & uiciis omnibus deniq; in-
felicior c. auaritiæ de præben. l. uniuersi C. de ue-
rita. & commi. Finis.

Dicitur, quando inter laicos & uiros religiosos, de presentatione alicuius ecclesie, q. o. ne suborta transigitur, ita quod præsentationem laicus obtineat, religiosi uero nouam uel maiorem percipient in ecclesia in qua prius, nullam uel minorem habere coniue-
rant portionem an huiusmodi transactio teneat quæstus. Cum igitur ipsa pactio Simoniaca merito uideatur. Responde mus q. de iure non tenetur, nec ex eo reli-
giosi ullum debent commodum obti-
nere.

Prestatq; nobis hæc decretalis argumentum
ad multa, & maximè quod licet transactio non
sit, nisi aliquo dato uel promisso l. transactio nul-
lo dato C. de transactio sustinebitur tamen de iure
canonicæ, quæquam gratis fiat d. c. super eo.
supra eo ex quo alias foret Simoniaca. est uero
qd alio nomine(ut dixi) appellata est, ut ibidem

Et ad idem quod non debet induci discordia
in ter unum & aliud iussi possibile est c. cum
expedit de electio. in 6. l. i. C. de inof. do. §. qui
bus in i. C. consti. R. o. consil. 220. ad fi. qua de
re, quia hic non poterat uerificari quod dicitur
in d. l. transactio nulla dicta est, nec in d. c. sup
eo. ex quo gratis erat facta compositio appella-
ta est.

Et si in transactione interueniret aliquid sp
rituale nō speciale(ut hic presupponitur)quod
simoniaca non esset & ualeret, si contendatur
de beneficio ratione subiecti argumentum in
c. et si quæstiones de re. permu. not. Innocen-
t. c. 2. supra eo. & latius Abb. hic ad fi.

Et ad idem quod in habentibus Symbolum
facilis est træsus l. in rem §. item quæcumq;. ff.
de rei uen. l. si donationis & seq. C. de accepti-
la. ubi Alb. Sali. & Cy. idem Saly. in l. i. C. de a-
dop. usq; adeo(ut dixi) si pro spirituali spiritua-
le detur, uel retineatur, quod ualebit & sustine-
bitur transactio.

Et quod deniq; uerbum uidetur tametsi fi-
ctionem importet l. i. §. deiecisse autem uidetur
ff. de u. & u. arma. quandoq; tamen est signifi-
catiuum ueritatis, ut hic & in l. naturaliter in
prin. & ibi Areti. iaf. & alii not. ff. de acqui. po.

A D D I T I O.

Quod grauiter redargui debent à suis supe-
rioribus religiosi, quia uaritæ student, & insu-
stant, parum cogitantes, quod est idolorum ser-
uitus, omnium malorum radix, cui semper est
vicina crudelitas, & uiciis omnibus deniq; in-
felicior c. auaritiæ de præben. l. uniuersi C. de ue-
rita. & commi. Finis.

DE PROCVRATORIBVS.

INNO. III.



Vm pro causa, quæ inter g.
& F. Gabiæ. ecclesiæ Archidia-
cia. uertebatur & infra: Di-
scretioni uestræ mandamus quatenus expensas
archidiacono, restitui fa-
ciatis, si legitimè probare potuerit, se de
mandato capituli suscepisse prædicta ne-
gocia promouenda, & propter hoc ad se-
dem aposto. accepisse.

Dubitandi rationem faciebat text. in l. inter
caulas in §. non omnia. ff. manda. ubi expensas
procurator & mandatarius non repetit, ergo
nec Archidiaconus hic. Et idem in procurato-
re dicit text. in l. iam tamen in §. in hac ff. iud.
sol. ubi est similiter casus expensas procuratori
eas repetenti, nullo modo esse soluedas. Et quia

à simili nec tutor expensas pariter factas, à pu-
pillo repeteret potest l. à tutoribus §. fi. ff. de ad-
mi. tuto. Et quia rursus, potestas fuerat limita
ita, ad causam prosequendam argumentum in
l. diligenter ff. man. & in l. in agris ff. de acqui-
re. do. Et quia deniq; nec ratione affinitatis re-
petuntur l. Nescennius ff. de neg. gest. ergo neq;
hic, quia inter prælatum & ecclesiam, est quodam
modo affinitas quædam.

Contrarium tamen hic decitur, & uerius
decisionisq; ratio est, quia nemo cogit mili-
tare suis stipendiis. c. cum ex officii de præscrip.
alias officium suum sanè sibi dñm nossum fore,
& malè. l. sed si quis ex signatoribus ff. quemad
mo. testa. ap. locupletareturq; rursus capitulū
cum ipsius Archidiaconi iactura, quod est à na-
tura quoq; alienum penitus. l. nati hoc natura
ff. de condic. ind. c. locupletari de regu. iu. in 6.

Ad opposita respondet nihil facere, non
primum quia loquitur in eo qui à latronibus
captus est, quo sit ut magis casibus quæ man-
datori sit iniupandum, ea de re non repetun-
tur. Nec soluenda sunt procuratori in d. §. in
hac, quia (ut ibi not.) mandato carebat & su-
cubuerat in causa. Non ob. tertium quia
tex. ille loquitur parimodo in expensis factis in
personam tutoris, non in negotiis pupilli, ig-
nitur nec mirum si eas à pupillo ipso non repetit.
Non quartū quia esto, q. limitata fuerit ad eam
p. sequendā, in consequentiā tamen uenient &
debentur, rationibus supra dictis. Non ulti-
mum deniq; , ex quo procedit in affinitate rati-
one sanguinis ut ibi, & in l. alimenta. C. eo. et
in l. procula. ff. de proba. haud considerabile in
ecclesia & prælato, quia spiritualis est, duoq;
hæc longè differunt argumētum in c. inter cor-
poralia de transla. præla. ergo.

Præstatq; nobis hæc decretalis argumentum
ad multa, & maximè ad id quod quando apud
legislatorem contingit de aliquo dubitari om-
ni alio casu præsupponitur habilitas. l. qui testa
meto. ff. de testa. hic enim dubitatur an archi-
diaconus expensas repeatat, eiq; soluendæ sint,
& deciditur quod sic, & benè si tamen præmis-
sa taxatione, fuerint per iuramentum probatæ,
argumentum in l. 2. C. de ali. pup. præstan.

Et quod facta non præsumuntur regulariter
nisi probentur l. in bello. §. facte. ff. de capti.
& postli. re. l. quecumq; in fi. ff. de publicia. ac. ec-
ce nec mandatum capituli hic nisi legitimè pro-
betur.

Et ad idem quod legitima probatio dicetur,
facta per duos testes l. ubi numerus ff. de testi
uel per unum qui sit omni exceptione maior,
cum iuramento iuxta not. in l. admonendi ff.
de iure iuri.

Et quod nil actum dicitur, quotiens aliquid
agendum superest l. cum syllanianum. C.
de

de his, quib. ut indi. quia nec hic mandati probatio sufficit, nisi taxatione præmissa per iuramentum (ut dixi) expensæ quoq; probentur.

Et quod deniq; stilus in iudiciis seruandus est c. quæm graui de cri. fal. Barto. in l. 2. C. quæ sit lon. consue. unde quæmuis istud hic dictum non sit, sed de mandati probatione tantum, at tamen subintelligitur, quia (ut dixi rursum) de stilo est, & stilus uim legis habet, ut inquit Cy. & Bal. in l. i& in l. fi. C. quæ sit lon. consu. & in l. de quibus ff. de legib. Alex. consi. 45. col. pen. uol. 4. ergo. Finis.

DE IUDICIIS.

CLEMENS III.



Ausam quæ uertitur inter fratres Dulmen. monasterii, & monachos S. Albani, & infra prouideas inter cætera ut fratres Dulmen. monasterii, cum auctoritate & assensu episcopi sui ingreditantur negotium, ne si fratres S. Albani obtineant episcopus idem abbatem monasterii se proponens, litem sumpitam ualeat fuscitare.

Dubitandi rationem faciebat, qd iudex prouidere non teneatur in iudicio, solennitates debitas seruari debere, ex quo regulariter nō imparitur officiū suū, nisi fuerit requisitus l. 4. §. hoc autem iudicium ff. de dam. inf. multa Bal. in l. ne quicquam in §. ubi decretum col. 6. ff. de of. fi. procon. & in auth. si quis in aliquo documē te colum. 3. C. de eden. & hac ratione in libello conclusio est necessaria, petitionem continens, quia sic dicitur, quare peto eum condemnari secundum formam iuris & statutorum nostrorum & c. ut docet Alexan. in l. i. in 2. colum. ff. de eden. Sic christus etiam, cuius actio nostra est instruētio c. significasti de elec. cecum petem illuminari, tamē si tñciret christus quid uellet clamās prius ille filii dauid miserere mei postea interrogatus quid sibi rursum fieri uellet, ut uideā respōdit. Cananeæ filiā liberauit, quia petiit & dixit adiuua me domine. hæcq; in euange. lucē 16. c. & Mathæi 15. leguntur. Et idem in paralitico sanari petente, & samaritana dicente da mihi bibere hanc aquam, ut nō sitiam l. 4. & 5. Et præter hæc etiam, quia non debet esse iudex & pars quia sic iudicaret in cā propria & malē l. i. C. ne quis in sua cau. l. quis quis C. de pæt. l. ille à quo §. tempestiuum. ff. ad treb. l. nullus. C. de iude. ubi uigor iudicio-

rum iurisq; publici tutela in medium constituta est, ne quis sibi ipsi permittere ualeat ultionem, ut etiam inquit Anch. consi. 277. colum. v. sed quod non debeat esse iudex & pars Bart. pulchrè in q. iudex maleficiorum, quæ est 14. colum. i. & quia alibi solus clericus agit in c. p. tuas de Simo. ergo & multò magis hic fratres monasterii Dulmen. absq; assensu sui episcopi, propter unum quodq; tale enim & illud magis inquit philosophus & nos in auth. multò magis. C. de sacro sanct. ecc. & in l. quanto magis. ff. de iure. Et quia non video quomodo unus & idem hic possit esse episcopus & Abbas, c. de multa de præben. & quomodo etiam indistinctè possint retractari per monachos acta c. edoceri de rescrip. l. causas C. de transac. argumentum in l. qui res in §. aream. ff. de sol. & in l. homo liber. ff. de sta. ho.

Contrarium tamen hic deciditur, quod imo possit iudex prouidere ut debitæ solemnitates seruentur in iudicio, & quod non potuerint agere fratres Dulmen. monasterii, absq; assensu sui episcopi. Et ratio decisionis est in text. nelis iā sumpita fuscitari ualeat & aliás elusoria iudicant, & lites immortales, eisq; potius finis imponatur l. si prætor ff. de iudi. l. quidam astima uerunt ff. si cert. pet. c. finem litibus de dolo & conru. Ro. pulchrè consi. clxx. col. i.

Ad opposita respondetur facile non obstat primum, quia (ut dictum est) id regulariter procedit sed non omni casu (ineptuū enim est regulam non fallere, ut dicitur in §. i. in auth. ff. prohib. mat. debet,) namq; publicæ utilitatis causa iudex officium suum impartiri debet, etiam non requisitus, ut hic rationibus supra citis, quibus supplet etiam repellendo procuratorem mandato carentem. Reiciendo libellū ineptum, uel si quis sine actione experientur, ibi uider instantiam perire, uel ubi constat de calumnia agentis, uel denegando iurisdictionem contumaci, aut cogendo partes ad compromissum, & id genus plura faciendo c. primo de elec. in l. i. ff. de of. asse. l. si pupilli. §. uideamus ff. de nego gest. Felin. in c. ad aures colum. 2. de præscrip. Barto. in l. seius & augerius. ff. ad legem fal. Innocen. in c. i. de offi. uica. l. sed & si per prætorem §. si cum decreto & ibi not. ff. ex quib cau. ma. c. placuit xc. d. Butt. in c. i. ad fi. de mutu. peti. late Alexand. in l. i. in pe. & ult. colum. C. ut quæ des. aduo. nimivm igitur si supplet etiam (ut diximus & repetimus) hoc casu quanquam requisitus non sit, ex quibus secundum quoq; tollitur, quia non ob id dicetur iudex & pars, nec ullatenus in propria causa iudicare sed ut publicæ utilitati consulat, & hac etiam rectitudinem iudiciorum concernunt ut inquit Felic. in d. c. ad aures. Non ob. terribilis quia id in crimine Simonis speciale est, quod

trimen adeo detestandum est, ut eius comparatione, cætera pro nihilo reputentur, ut signanter dicitur ibi, ergo in contrarium ius communie l. ius singulare l. quod nero contra ff. de leg. l. quæsuum §. deniq; ff. de fun. iust. instrumentoq; lega. c. præsenti §. loca. de præben. in 6. nec argumentum à multo magis locum habebit cū non sit par ratio, inter maius & minus. ut not. in d. auth. multo magis, ubi ego in Collectan. multa, nouissimè Alexan. declarat consil. 49. col. 7. uolum. 4. Non quartum quia responder Hosti. & Abb. quod imo poterat esse episcopus & Abbas, c. de multa de præben. & quomodo etiam indistinctè possint retractari per monachos acta c. edoceri de rescrip. l. causas C. de transac. argumentum in l. qui res in §. aream. ff. de sol. & in l. homo liber. ff. de sta. ho.

Præstatq; nobis decretalis ista argumentum ad multa, & maximè quod quanquam Monachus à uoꝝ dicitur & a uoꝝ solus, & tristis, quasi solitarius & tristis esse debeat, & latine singularis, quia singulariter omnia agere debet, & hominum multititudinem uitare c. placuit c. si cupis. 16. q. i. glo. in l. decernimus C. de epis. & cle. tamen frater etiam appellatur. Et Moniales Sorores c. causam de elec. & hinc dubitari posset in materia stricta, an monachorum ap. cæti, qui fratres appellantur communiter ueniāt, cogitabis.

Et quod ex causa leges transcendit possunt, argumentum in l. per omnes C. de defen. ci. ecce quod hic duo incompatibilia simul stare nō prohibentur, & conseqüenter quod possit quis habere duas dignitates & ex cauā dixi, quia in quacunq; dispositione semper excepta intelligitur l. si hominem ff. mand. l. qui iuratō ff. qui sat. cogan. l. si mater in fi. princi. ff. de excep. rei iud. l. minor autem magistratus. §. deniq; ff. de mino. causa autem est Monasterii unio episcopatui, ut supra, alias non licet à lege recedere argumentum in l. 2. in §. circa ff. de excep. do. d. §. deniq; l. nunquam nuda ff. de acqu. re. do. Bar to. in l. sub conditione in ult. col. ff. de sol.

Et quod publicæ utilitatis causa, recedimus à regulis iuris ut etiam ex multis ostendit Ro. in l. si uero in §. de uito fallen. 1. o. ff. sol. ma. & Fel. in c. nonnulli in prin. colum. 23. & 24. de rescrip.

Et quod solennitates iuris in iudiciis necessariæ, minime sunt prætermittendæ, nisi equitas alii suadeat, quia tunc secus l. diuus ff. de re sti. in int.

Et ad propositum haud prætermittentes, si

capitulū egerit cum consensu sui prælati, estq; argumentum in l. fi. in §. necesitate. C. de bonisq; lib. & plus quod nec consensus sufficit nisi ad id etiam accesserit eiusdem auctoritas, ut hic dicitur, tradit Innocen. in c. cum consuetudinis de consue. & Bald. in l. quæcunq; ad fi. C. de bonisq; lib. usq; adeo ut unum non sit aliud, & differant, & not. in c. i. de reb. ec. non a lie. in 6. idem Bald. in d. l. quæcunq; ; & probatur ex copula &, hic posita, cuius natura est copulare diuersa, ut per glo. in rub. ff. de iu. & facti igno. §. si quis alium & ibi Por. insti. de iniuti. stip. Bar. in l. sed & reprobari in §. amplius col. 2. ff. de excu. ruto.

Et quod deniq; negotium, generale nomen est, quia prius dixit causam supra, & hinc uide mus quod sic causam criminalem quoq; comprehendit & simile quiddam ut in auth. ut de fe. fune. in prin. & de appell. in §. i. & fi. eo. li. pleine Luc. de pœna in l. quotiens col. 3. & 4. de dñi. lib. 1. 2. Finis:

DE FORO COMPETENTI.

EX CONCILIO A- phricano.

 Anè si episcopi inter quos causa uersatur sint diuersarum Prouinciarum ille primas det iudices in cuius prouincia est locus de quo contenditur.

Dubitandi rationem faciebat, quod non sortiatur forum quis ubi sita res sit. quia regula est quod d'actor sequi debeat forum rei, usq; adeo ut primas dare debeat iudices in loco ubi reus domicilium habet l. iuris ordinem C. de iur. o. i. iud. l. 3. ff. de alie. iud. mut. cau. fac. c. si clericus c. cum sit generale infra eo. c. experientia 11. q. i. & ideo dicebat alibi Oldr. quod omnia iura ita clamant, quodq; episcopus hac de re poterit declinate iurisdictionem regis, consil. 3. num. 3. & quāquam limitetur regula pluribus modis, de quibus Spe. in §. generaliter numeri: de comp. iud. adi. ab ea tamen recedere non debemus quia ex illis firma stat in non exceptuatis l. ab ea parte ff. de proba. l. quæsuum §. deniq; ff. de fun. instruc. not. in c. cum dilecta de confir. uti. uel inu. Et cū quis forū ortiatur: quatuor modis, ratione delicti, ratione contractus personæ, & rei. c. fi. & ibi plene dixi, post alios infra eo. consentaneū est ut illud domicilii attēdat, ratione personæ, que cunctis rebus dignior est & præstantior l. iustissime ff. de edil. edic. l. cognitionum ff. de uas & extra ord. co. l. in pecu dum

dum ff. de usu conuenit enim homo cum n-
gelis intelligendo, cum brutis sentiendo cum
plantis vegetando & cum lapidibus eslendo,
factus deniq; ad imaginem & similitudinem dei.
hinc Ouid.

Os homini sublime dedit, cœlumq; uidere
Iusit.

Et erectos ad sydera tollere uultus.

Dixi; ego alibi satis.

Et plus, ultimo loco dubitationem faciebat
quod primas non det iudicet, sed ipse cognoscat
quia locus est in sua prouincia c. dilecti c.
fi. infra eo. l. fi. C. ubi in rem actio.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio de-
cisionis est, quia promptiore defensione ha-
bebit reus, in loco ubi res sita est, quam in do-
micio suo argumentum in l. si uicinis. C. de
nup. & in c. quanto & in c. quosdam de presu.
& in c. postquam de electio. uel & melius, quia
cum actio realis sit, conuenit potius, ut ibi ubi
res, quæ petitur sita & posita est, agatur & con-
ueniatur reus, quam alibi, alias effectualiter à
personali non differret, haud dicendum, ut inst.
de actio. in prin. & in §. omnium & ut infra di-
cam statim.

Ad opposita respondetur facile non obstat
primum, quia uera regula est in personali a-
ctione (ut proximè dicebam & repeto) non in
reali & differentia ratio est, quia dicto casu re
non sequitur, sed personam, alias sic, ut hic l. i.
§. si hæres ff. ad treb. l. in rem actio. ff. de rei uen-
di. l. fideicommissum §. tractatum ff. de iudi. l.
fi. C. de hære. ac. Alex. consil. 92. colum. 3. uolu-
mi. i. Barto. in l. singularia nu. 13. ff. si cert. pet.
Rom. consil. 338. col. 2. late ego in collectan. in
d. §. si hæres. ex quo tollitur etiam secundum
quia uerum est adhuc, quod quatuor modis
quis forum sortitur, uerius quod persona
sit rebus præstantior, sed dum dicitur ergo
hac ratione domicilium rei debet attendi, ne-
go cum reali actione agatur, & super ea princi-
paliter iurisdictione fundata sit, & cum sit hæc
opin. communis, (ut testatur hic Abb. & not.
in d. l. fi. C. ubi in rem ac. & in d. c. fi. infra eo.)
transendum est. Non ob. igitur ultimum, quia
dat iudices Primas, quando non potest uel nō
uult ipse cognoscere, & latius ut per eundem
Abb. & Butr. ante eum hic, & quidem (ut di-
ctum fuit tæpe) in loco ubi res sita, positaq; est.

Præstatq; nobis decretalis ista argumentum
ad multa, & maximè, quod quanquam Prima-
tis appellatione, ueniat Archiepiscopus nihil
minus eo Primas est maior ut in summa. 99. d.
ubi ab Archiepiscopo (quotiens necesse est) ad
Primatem appellatur, non è contra uerum ap-
pellatio prouocatio est à minori tribunali, ad
maius l. i. §. fi. ff. ad turp. l. præfecti etiam præto-
rio. ff. de mino. ergo. & hinc est, quod inferior.

non corrigit factum superioris, nec restituit
aduersus illius sententiam, neq; de nullitate se-
tentiae ab eo latæ cognoscit, & latius, ut per
laf. consil. 144 colum. 3. uolu. 2. & preter hac
scitu dignum est, quod nomen hoc officiumq;
Primatus, à gentilibus sumptum est oppresh,
enim qui ad aulam imperatorum uel regum
confugere non poterant, ad primam iudicariæ
potestatem eorum qui in ciuitatibus commo-
rabantur, confugiebant nos Patriarchas appel-
lamus, seu Primates c.i. & 2. 99. d.

Et quanquam nomina sint Primatus & Pa-
triarchatus, diversa, siue Primate, & Patriar-
chæ, quod tamen eandem formam tenent idem;
est officium ut in d. c. i. 99. d. glo not. in c. cora
de resti. in int. & est limitatio ad tex. in l. si idem
C. de codicil.

Et quod licet ordo iuris sit, auctorem sequi
debere forum rei, d.l. iuris ordinem, non ea ra-
tione tamen (ut aliqui putant) quia rei sint fa-
vorabiliores actoribus l. favorabiliores ff. de ie-
gul. iur. quia quoad iurisdictionem in dubio
magis actori quam reo fauendum est, ut not in
l. de die. ff. qui sat. cogan. sed quia regulariter
non potest quis condemnari uel ab solui, nisi à
suo iudice competenti. l. 2. l. quoties. C. ubi se
uel cl. dixi ego in Theseo lib. 6. & in d.l. iuris
ordinem, est nihilo minus ordo iuris etiam;
& ad propositum, quod conueniatur in loco
ubi res est, ex quo hic etiam est, unus de modis
de quibus quis forum sortiri dicitur, ut supra
& in d. c. fi. infra eo.

Et quod iudicem dare, est causæ cognitio-
nem delegare l. à iudice C. de iudi. l. impium.
ff. de iur. o. iud. l. i. ff. quis & à quo. & de quo
etiam latè per scriben. in rub. ff. de offi. eius cui
man. est iu.

Et quod deniq; qui dat iudices à se iurisdi-
ctionem abdicat, & in iudicem delegatum trâ-
fert ut in d. rub. de offic. eius not. quod ex eo
etiam elicetur. quia dare est dominium transfer-
re. §. sic itaq; insti. de actio. de dominio ad iuris-
ditionem bonum est argumentum l. qui fare-
re, & ibi not. ff. de sta. ho. ergo. Finis.

CELESTINVS III.



Vòd clericis & infra, Man-
damus quatenus si quas
causas pecuniarias, clerici
Parisius commorantes, ha-
buerint cōtra aliquos, uel
aliqui contra eos ipsas iu-
re Canonico decidatis.

Dubitandi rationem faciebat, quod causa
clericorum secundum consuetudinem laicoru-
m deci-

decidi & terminari debeant, potissimum,
quia in loco & Parisius erat generalis quo
casu non aliter dici potest nisi quod etiam cleri-
cos comprehendat, præsertim quia non uilis e-
ius est auctoritas l. 2. C. quæ sit lon. consue. l.
imperatores ff. de pollicita, uim legis habet l. de
quibus ff. de legib. imò lex est non scripta tamē
d.l. de quibus §. ex non scripto insti. de iure na-
tu. & non differt à lege nisi ut tacitum & ex-
presum, ut in d.l. de quibus. Ancha. in c. cano-
num statuta colu. 1 16. de constitutio. legemq;
generalem tollit d.l. de quibus ad fi. & ibi Bar.
in prin. & in specie tradit idem Barto. in l. cun-
ctos populos. C. de summa tri. & fi. cat. & est
argumentum in l. in fraudem in §. fi. ff. de mil-
testa. Et quia si clerici sunt in loco temporalis
iurisdictionis, æque conuenit eorum causas
quoq; decidi secundum consuetudinem laicoru-
m, uel agant uel conueniantur, quia reus etiam
in exceptionibus est actor l. i. ff. de except.
l. in exceptionibus. ff. de proba. Et quia deniq;
videtur casus clarus in c. uerum supra eo. & in
c. ceterum de iudi.

Contrarium tamen hic deciditur, quod in
re canonico terminari debeant, & ratio decisio-
nis est, quia super ecclesiis & ecclesiasticis per-
sonis, nulla est laycis attributa facultas c. ecclæ-
sia S. Mariæ c. quæ in ecclesiæ de consti. c.
bene quidem. 96. d. plene Gramat. decisio. 100.
colum. 2. Ancha. consil. 179. colum. i. & consil.
341. colum. 2. Alex. cōf. i. col. 6. uol. 3. & consil.
211. colum. 2. uol. 2. & Fulgo. consil. 166. colu-
m. 2. & Soci. in l. frater à fratre nume. 37. ff. de cō-
di. ind. idem Ancha. in terminis in c. canonum
statuta colum. 171. de constitutio. Et quia non
æque conuenit quod secundum leges secula-
res iudicetur, cum sint clerici d. c. ecclæsia S. Ma-
riæ c. duo sunt genera 12. q. i. c. nouit de iud. l.
fi. C. si à non comp. iud. fue. ap. l. fi. ff. de iu. o.
iud. l. 2. in fi. ff. de pén. Et quia si alio quam ca-
nonico iure, fuissent decisi, decisio non ualueret,
quia sine ordine facta uideretur, inquit
Bald. in c. i. in §. sanctimus in princ. quo tempo-
re mi. in usib. ergo fieri non debet quod factū
non releuet l. hæc stipulatio §. diuus ff. ut leg.
no. ca. & sic iure canonico (ut dixi) sunt clericorum
causæ pecuniariae decidenda.

Ad opposita respondetur facile, non obstat
primum quia generalis consuetudo generali-
ter omnes laycos comprehendit sed non cleri-
cos, ex quo foret absurdum ut supra l. nam ab-
surdum ff. de bo. lib. & hac ratione generalitas
restringi debet, argumentum in l. ut gradation
in §. & si lège ff. de mu. & hono. Bald in simili,
quod restringatur scilicet quando subest ratio
aliqua restrictiva in l. pactum in 3. colum. C. de
colla. uel quod generaliter intelligi non debeat
quando distinguitur per speciem oppositæ ge-

neri, ut hic & ut per eundem Bald. in l. fi. in
fi. C. de hæred. uel actio. uen: Non secundum
quia stant ista simul, quod sint in loco tempo-
ralis iurisdictionis, & tamen eorum causæ deci-
di debeat Canonum iure, & non cæsareo, secu-
dum qualitatem personarum, & quia talia sūt,
subiecta, qualia prædicata demonstrant l. ple-
num §. equitii. ff. de usu & hab. l. si defensor. §.
qui interrogatus ff. de int. actio. Non ultimum
deniq;, quia iura illa (ut inquit Butr. hic & ue-
rissimum est) loquuntur in feudis, quæ decidū
tur secundum consuetudines existentes in cu-
riis eorum, qui sunt domini & iudices Vasal-
los inuestientes c. ex transmissa supra eo. argu-
mentum in c. cum uenissent de eo qui mit. in
po. cau. rei ser. nimur igitur si iure consue-
tudinario terminantur, Aluaro. concius in c. i.
col. 3. apud quem uel quos cont. feu. diffi. in u-
sib. nos uero & decretalis ista, in causis pecu-
niariis, ergo non secundum consuetudinem lai-
corum, sed iure canonico debent (ut diximus)
terminari & decidi, & cum in uerbis non est
difficultas non est admittenda uoluntatis quæ
stio. l. ille aut ille §. cum in uerbis ff. de leg. 3.
Præstatq; nobis decretalis ista argumentum
ad multa & maximè ad uulgatum illud, quan-
do aliquid est clare decisum de iure ciuili du-
biu. m autem de iure canonico, nec ius ciuile
improbatum sit, quod statu. iuri ciuili etiam
in foro canonico & è contra c. i. & 2. & ibi Abb.
de no. o. nuncia. glo. in c. per uenerabilem qui
fil. sint legi. laf. in rub. ff. sol. mat. col. 7. licet er-
go hic dicatur causas pecuniarias clericorum fo-
re decidendas, iure canonico. non ob id leges se-
culares excludit, si à d. iure improbate non fue-
rint c. nouit de iudi. c. fi. de sol. c. i. c. si in adiuto-
rium 10. d.

Et quod commorantes in aliquo loco, ibi
domicilium contrahunt, & forum sortiuntur;
inq; scholaribus exemplificari potest, qui Bo-
noniam ire contendunt uel huc studiorum gra-
tia se conferunt, & commorantur, quod tamen
intelligi debet, post moram annorum decem. l.
2. C. de incol. lib. 10. & scitu dignum est hunc
incolam appellari, ad accolē differentiam & pe-
regrini, ille enim est habitator perpetuus, indi-
gena etiam uocatus, iste uero qui modico tem-
pore in aliena moratur regione.

Et q. auth. habita. C. ne filius pro pat. quæ
dat iudicem laicum scholaribus, non compre-
hendit clericum d. c. ecclæsia S. Mariæ de consti.
usq; adeo ut qui studiorum gratia in urbibus
Regiis commorantur iurisdictioni temporali
non subiiciantur.

Et quod non possent clerici, etiam cum con-
fusu sui episcopi te submittere in loco, in quo
commorantur, consuetudini laicorum c. si dili-
genti infra eo. c. inolita c. placuit 11. q. i. Anch.

cons. 258.col.i.

Et in materia deniq; si peteretur publicari instrumentum certam personam tagens, quod nominat illa foret citanda, ita D. de rota signanter

per istum tex. in decisio.

suis aliás non ut supra. Fi-



Vllus dubitat quod ita iudicium nocens subterfugit, quemadmodum ut absoluatur, qui est innocens querit. Confitetur enim de omnibus, quisquis se subterfugere iudicium dilationibus putat.

Dubitandi rationem faciebat, quod nulla presumptio sit contra illum, qui dilationes querit, quia si sunt à lege permisæ, alias ad quid est factus titulus ff. & C. de dilatio (ars. n. & natura nihil operantur frustra l. qui bis idem ff. de uer. ob.) non potest dici quod qui eas petit iudicium subterfugiat & quod confiteri videatur argumentum in l. gracchus C. ad legē Iul. de adul. Et uidetur casus ad literam in c. i. ut lite non cont. inducias fore postulantibus concedendas. presertim quia non auferitur quod differtur l. quamuis ff. de arb. l. destitisse ff. de iud. Por. insti. de sing. reb. per fideicom. rel. colum. 2. Cy. in l. quociens in prin. C. de precib. Imp. of se. & quia inducta in fauorem petentis, non debent ad eius lesionem retorqueri l. quod fauore C. de legi. l. legata inutiliter ff. de adi. lega. c. qd. ob gratiam de regu. iu. in 6. Et quia duo repugnantia non possunt simul stare, quæ sunt dilationes petere & confiteri, nec admittendus contraria allegas l. i. C. de fur. l. ubi repugnantia ff. de regu. iur. Et quia deniq; inter confiteri & negare datur medium, quod est tacere argumentum in l. i. in §. scientiam ff. de tributo. uerum tacens non confitetur l. qui uas §. uetare ff. de fur. ergo nec qui dilationem petit, quia tacere videtur.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio decisionis est, quia qui dilationem petit subterfugit, & qui subterfugit de sua iustitia diffidit, iuris presumptione, ut hic per glo. & in c. decernimus 3. q. 9. Maximè quia interest R. eip. lites immortales nō fieri, sed debito fine terminari c. fi nō litibus de dolo & cōt. l. quidā estimauerūt ff. si cert. peta. l. 2. C. de re iud. c. ut litigantes de offi. or. in 6. ad istudq; semper debet labore iudex, ut dicunt D. de rota decisio. 446. ad fi. inno uis. Et etiā quia manifestum est (ut dicitur hic & in d. c. decernimus) ēū crimen confiteri, qui se purgandi occasione non vtitur.

Ad opposita respondetur facile, & quidem primum non obstat, quia verum est id in legi timis dilationibus, non quando reus iudicium

subterfugit nimis igitur si hoc casu cōfiteri videtur, & sic non inanis titulus de dilationibus erit, & est ad prop̄ositum argumentum qd de legitimis dilationibus intelligatur, in l. i. in §. qui ī perpetuum ff. si ager vēctiga. vel emphīta. Non secundum quia speciali quodam caſu. text. ille loquitur, (vt ibi per glo.) & quando in criminis adulterii agitur ad separationem thori, deq; aduocato viri abente expectando, quo casu inducie petebantur, & non poterant negari, sicuti nec etiam pro eo habendo, ut ibi per Abb. colum. 3. imò si maliciose petatur (su biicit idem Abb. ibidem) quod dandæ non erunt, & sic concordabit potius cum isto text. nec reg. non auferri quod differtur, ad proposi- tum erit, Tertium quoq; fallaciam habet quod imò ad eius lesionem retorqueantur, ex quo sic uoluit petens, iudicium subterfugiens, datum igitur quod quis sua patitur culpa, sibi imputetur, ut in regu. damnatum de regu. iu. in 6. fitq; sapiens in pena, qui fuit stultus in culpa c. nisi & ibi Bal. not. de offi. lega. Non ob. quantum quia verum est si petantur siucere & simpliciter, quod non ob id petens confiteri videatur, quia contraria sunt, sed non si animo subterfugiendi iudicium, quia tunc presumptione iuris secus & sic repugnantia poterunt concordari, & stare simul l. ubi ita donatur ff. de do. cau. mor. l. i. l. cum p̄cario ff. de praēca. Gui. papa sing. 799. Non quintum deniq; & ultimum, quia nec id negatur quod tacens non confiteatur, & minus quod qui dilationem petit tacere videatur, si petat tamen (ut dixi & repto) subterfugiendi iudicij causa & uiciole quidem tunc tacerenō videbitur sed loqui potius & confiteri confessione presumptionia ut hic dicatur, & ut in d. c. decernimus 3. q. 9.

Præstatq; nobis decretalis ita, argumentum ad multa, & maximè quod contra contumaciam presumptionis sit, quod iustum causam litigandi non habeat, de quo etiam in §. si uero in auth. de exhib. re. not. Dy. in l. diuus ff. de custo. reo. & Bald. post eum in l. sancimus colum. 2. C. de iud.

Et quod suga facit quem haberi pro confesso & conuicto, & est fortissimus text. hic, contra opin. Barto. in l. admonendi de fuga loquitis ff. de iure iu. & dicentis, quod imò nec plenam, vēl semiplenam probationē facit, sed qualē qualem presumptionem, tamen dici potest, cum sit confessio interpretativa, seu presumptionia, quod nō sufficiat, ut infra & sic quod non ob.

Et quod non recte se defendere dicitur ille qui sui tantum copiam facit, postea iudicium subterfugit, sed qui iudicatum soluit, & usq; ad iudicij extremum exitum defensione atus est l. hæc autem §. recte ff. quib. ex cau. in po. ea. l. re.

recte ff. de iud. Ro. consil. 169. ad fi.

Et quod confessio presumpta, non est sufficiens ad hoc ut reus statim condemnetur super principali, sed in expen. propter contumaciam & quandoq; multa grauiori, de quo aliás in d. l. sancimus C. de iud.

Et quod deniq; innocentia fidem habens, deber habere etiam securitatem aduersus omnem calumniam l. sororem C. de his quib. ut indi. l. 2. §. i. & ibi dixi ff. si ex noxa. cau. aga. argumentum in l. i. in §. ff. ff. de questionib. & in l. de pupillo in §. si plurium ff. de no. op. nun. igitur qui innocens est absoluvi petit, qui uero (ut hic rursum dicitur) iudicium subterfugit, confitetur. Finis.

GR E G O R I V S.



Vosdam & infra: Aphrica vero qualiter mortalitate & languoribus uastetur, quanto viciniores estis, credo quod subtilius cognouistis.

Dubitandi rationem faciebat, regu. à qua recedere non debemus l. ab ea parte ff. de proba. ea nanq; est quod ignorantia presumatur l. ue-rius ff. de proba, maximè propter absentiam in quod Hentic. bouer. in sing. suis presumptioni n. 40. & si allegetur l. si adulterium cum. incestu. §. idem pollioni ff. ad legem iul. de ad. Bal. in l. i. ad ff. ff. de legi. Alexan. in l. qui bona in §. de illo ff. de damn. inf. imò quod in. facto proprio quādoq; etiam tolerabilis est l. sed & si me præsente in prin. ff. de cond. ind. ergo & multo magis in alieno. ff. pro suo. usq; adeo ut hic etiam episcopus ignorantiae prætextu debeat pariter excusari. Et quia uidetur casus in l. fi. ff. de decret. ab ordi. fa. ubi ignorans. leges, quas tamē scire tenebatur l. leges C. de legi. excusat. ergo & hic episcopus.

Contrarium tamen hic deciditur, quod nō presumatur, & consequenter (licet allegetur) quod non excusat. Et ratio decisionis est, ut ex verbis illis elicitor. quāto viciniores estis &c.) quia qui uicinus est presumitur scire facta uicinorum suorum l. si vicinis. C. de nup. Bart. in l. de ætate colum. 4. ff. de mino, & in l. i. ubi multa ff. si cert. pet. Et non ab re Io. 9. uicini, qui cognoverant cecum prius hominem illum, posstea à christo illuminatum, longe magis quam alii admirabantur, & ob id ignorantia non presumetur, ut statim dicam nec excusabit.

Ad opposita respondetur facile, non obstat primum quia verum est regulariter sed non si ille qui ignorantiam allegat sit uicinus, ut in locis supra allega. & in l. si ita in §. ff. ff. de fun.

inst. & per Barto. in l. si cui in §. i. ff. de accu. & in l. is potest ff. de acqui. hære. quo casu non excusabit eum (vt dixi) nec obstat, quod sitabens quia si est uicinus absens dici non potest, ex quo tolletur etiam secundum quia ibi de damno uitando tractabatur hic autem de lucro captando. quorum non est par eademq; ratio l. f. C. de codicil. tolerareturq; in alieno, & hic si esset probabilis, nec presumptio contra allegantem laboraret sed d. de cau. contra eū laborat, ergo. Non ob. ultimum deniq; quia ibi etiam iusta ignorantia causam habebat, neq; in causa erat, quid quo presumeretur scientia, ut uicinitas hic imò quod absentia ibi allegatur. & ob id excusabat ignorantem, nanq; ut pulchre inquit Bal. in l. genero in princip. ff. de his qui not. inf. ignorantia facti triplex est quædam publica, quando cōmuniter omnes ignorantia factum & ista excusat ignorantem l. temper §. in hoc edicto ff. quod uia aut clam. quedā priuata sed improbabilis, quia omnes sciunt & unus ex his ignorat, & ista non excusat l. si tutor C. de pericu. ruto. quādam & ultimo. loco. priuata probabilis, quando omnes adhuc sciebant, vnu tamē singularē ignorantiam ratione absentia prætendebat, & iste (ut primo modo dicebam) excusat pariter d. l. f. ff. de dec. ab otdi. fa.

Præstatq; nobis decretalis ista argumentum, ad multa, & maximè quod non propriæ absens ille dicatur, qui est in loco uicino, ut signanter etiam per istū tex. & pet. tex. in c. seq. infra eo. dicit in pulchro casu Ro. consil. 5. 9. col. 3.

Et quod nulli sunt testes, qui melius depōnere possint, de alicuius substantia siue quod ad inopiam uergat, & ad effectum de quo in l. f. constante ff. sol. mat. quam uicini l. 2. & ibi gl. C. quando fisc. uel priua. idem Ro. post multa consi. 245. ad fi.

Et quod uicinus, qui ad certum onus reale soluendum tenebatur, non potest bonam fidem siue ignorantiam prætendere ut per istum tex. & alia multa ad idem dicebat adhuc Ro. consil. 275. nu. 8.

Et quod uerbum credo aequiuocum est, & hic p. presumptione capit, usq; adeo si quis interrogetur, an aliquid credit, ut ei danda dilatio non sit, ex quo statim saltim presumptione conscientiam suam informare potest. ut etiā hic dicit Host. & bene.

Et quod deniq; uicinitatis ratione multa presumuntur, quæ non presumerentur alias l. si ita §. mulier & ibi Bart ff. de fun. inst. instrumen. toq; leg. & ob id dicebat Mile. in proemio. præx. siue in princip. in uer. Statores, quod uicinitas uerisimiliter presumuntur scire melius homini cōdium in uicinia perpetratum quam alii, & argumentum etiam in l. i. in §. i. ibi, aut esti-

matione circumuolentium ff. de flumi.

IDEM VICTORI EPISCOPO



Vanto & infra, Latere te in vicino non potuit, quod ad nos in longinquo peruenit.

Dubitandi rationem faciebat, hic victor in episcopum reprehendi non meruisse, quod fuerit negligens in corrigendo delicto subditi sui, ex quo ignorans non peccat, neq; delinquit l. generali ubi bonus tex. ibi confessum enim non ignorantiam uolumus obligari C. de tabular. lib. io. l. quæcunq; uer. quod si seruus C. de ser. fugi. c. ignorantia de regu. iu. in 6. & ibi Ioan. And. in mercu. l. cum ancillis. C. de incest. nup. l. i. & ibi not. ff. de recepta. c. ut animarum periculis de consti. in 6. Bal. consil. 463. colum. 2. uolumi. 3. & consil. 319. ad fi. eo. lib. & consil. 382. colum. 2. uolum. 5. & consil. 436. colum. 2. eod. lib. Rom. in l. de p. pillo in 5. i. colum. i. ff. de no. op. nun. sed hic episcopus ignorauit ergo, & quia non est uerisimile, si sciuisse id facere neglexisse, cum presumatur quis diligens in officio suo, argumentum in l. merito ff. pro socio & in c. i. de scruti. fa. & in c. ad audientiam de prescrip. Deci. consil. 36. colum. 5. uolumi. i. præsertim quia episcopus, qui crima non corrigit, non episcopus sed canis impudicus est appellandus c. nemo 83. d.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio decisionis est, quia facientis culpam habet, qui cum possit corriger negligit emendare c. error 83. d. c. culpam 86. d. Et quia alias offendit grauiter qui subditorum culpas dimittit c. si is qui i. 2. quæstio. 4. c. qui uiciis 23. q. 4. & quia è contra laudabile est in subditis, correctione prelati, nulla dissimulatione postponere c. si cut inquit 2. q. 7.

Ad opposita respondet ur, non obstat primum quod idem ignorauerit episcopus quia non presumitur ex loci uicinitate l. si uicinus. C. de nup. l. prima 5. i. ff. de flum. c. quosdam supra eod. ubi Felin. late, ideo non excusat, imò si in longinquo clamor ad papam puererit (ut text. met. dicit hic) quod latere ipsum in vicino nō potuit. Ex quo tollitur secundum quoq; in dubio verum, non in casu claro. & quando contrarium constat ut hic, & ratio ne prædicta, quorum duorum non est par eademq; ratio. l. continuus 5. cum ita ff. de uerb. ob. & ita declarat Sauilian. consil. 240. nume. 3. uol. 2. & bene.

Præstatq; nobis decretalis, ista argumentum ad multa, & maximè quod negligentia in episcopo detestabilis est. & adeo quidem (licet nō

dicatur hic) ut possit etiam deponi, à solo papa tamen, estq; de casibus eidem reseruatis c. acu satus c. quamvis 3. quæstio. 6. c. 2. de transla. prælato. Abb. in c. excommunicamus ad fi. de hære.

Et quod præsumptio iuris tantum de qua hic admittit probationem in contrarium, & in hoc differt ab illa quæ est iuris & de iure, quoniam non admittit, nisi partium confessio ne l. antiquæ C. ad uelleia. l. fi. C. arb. tu. c. is qui fidem de ipsa. Alex. in rub. ff. de acqu. hæ. colum. 3. & in l. si is in 4. ff. eo. Barto. in aut. de qual. do. in princip. colum. 2. late Fel. hic & Prg po. in d. c. is qui fidem colum. 3. & Soci. in regu. probatio 314. scitu dignum est tamen, licet admitti non debat si per iudicem admissa sit, quod nihilominus tenebit, ut Gui. papa declarat in tracta. præsumpt. nume. 8. Et amplius quod præsumptio iuris & de iure est, quando lex presumit & super præsumptione figit pedem, statuendo, ita Ange. in l. si duo ad fi ff. de acqu. hæ. & Bald. in c. quoniam frequenter nume. 10. ut lite non cont. Cur. iun. collega consil. 50. nu. 7. Præpo. in d. c. is qui fidem in prin.

Et quod uerificari potest hic, uulgatum il. lud. philosophi, propter unum quodq; tale & illud magis auth. multo magis C. de sacro lanc. ec. cle. i. de reliq. & uen. sancto o. c. cum Martha de celeb. mis. quia si ad papam (ut diximus) clamor in longinquo peruenit multo magis in vicino episcopo peruenire potuit, nec id eidem usq; quaq; latere, & ut hic.

Et quod præsumptio hæc cum super dubio sit, quām maximè à fictione differt, ex quo id quod certum est, singit ita gl. in l. unica in 5. accedit C. de rei uxo. ac. Bar. in l. fi. in princ. ff. qd met. cau.

Et quod deniq; excusatio friuola non est admetteuda, maxime quando præsumptio etiam est contra se excusantem l. miles 5. defuncto. ff. ad legem jul. de ad. argumentum eorū quæ no. in c. 2. de elec. & in l. fi. C. de quæst. & in l. no. omnes in 5. à barbaris ff. de re mil. glo. in c. ter opéra de sponsal. multa nos in c. prud. dentiam in 5. adiucimus de offic. de. & in c. cum insirmitas de sen.

Excommu. notaq; Demo. Athenis & Trasibuli hilo. quum alter se angi.

nam pati αχρεας uero alter i. pyra fil. u. estria comedisse dixi- set. Finis.

DE SENTENTIA ET RE IV-
dicata.

GREGORIVS.



Vrgantium controversias clerici sententia terminare æquitati conuenit et rigori.

Dubitandi rationem faciebat, quod non ita celeri sententia controversiae sint terminande, quia alias nō esset uerum quod dicitur in c. iudicantem 30. q. 5. iudicantes oportere cuncta rimari & plena rerum inquisitione diligenter, & maturo cō filio omnia discutere & idem dicitur in l. iudices & in l. properandum in 5. si quid C. de iud. & in c. ponderet 50. d. & in c. cum Ioan. ad fi. de fi. instr. Barto. in tracta. de percusio colum. i. Ancha. consil. 194. ad fi. Rom. consil. 454. colum. pen. Soci. in c. fraternitis colum. 3. de te sti. Et videtur etiam casus, quod differri debeat in l. si uindicari C. de pen. & in c. cum apud 11. q. 3. alias sententia foret nulla & præsumeretur lata non uisis actis, & absq; causæ cognitione c. tum ex literis de resti. in int. Barto. in l. prolatam C. de sen. & int. o. iud. Et facit uulgatum il. lud. poetæ.

Da spacium requiemq; more, male cu ncta ministrat.

Impetus. exemplumq; nobis est christus, in causa adulteræ, qui non statim accusantibus aures præbuit, sed inclinās se digito, scribēbat in terra Io. 8. cuius actio nostra rursum, est instructio c. significasti de elec.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio decisionis est, ue lites fiant immortales, & uitæ hominum metam excedant, ut inquit text. in d. l. properandum in prin. C. de iud. Et quia inter et Reip. locupletes habere subiectos, eotq; nō uexari litibus laboribus & expensis, sed illis potius sine imponi. 5. expedit enim ubi glo. inst. de his qui sunt sui uel alie. 5. cogitatio in auth. ut iud. si. quoquo fus. c. finem litibus de dolo & contu. l. 2. C. de te iud. c. ut litigantes de off. ordi. in 6. & ad hoc bonum iudicem attende re, & labore debere inquiunt D. de rota deci. sio. 446. ad fi. in nouis.

Ad opposita responderetur facile non obstat primum quia uerum est iudicem cuncta rimani debere, ut instruatur, sed non ut differat tamē postquam fuerit instructus sententiam ferre, nec aliud dicere uoluit, ratione supra dicta Greg. hic. Secundum secum sol. habet id uerum fore non in sententia, sed in executione ipsius, quod ex causa differri debeat, & in erinali causa quidem, unde si princeps officiali man-

det aliquem suspendi, triginta dierum spatio exequi differt dupletasq; literas expectabit, ut dicitur in d. c. cū apud & in d. l. si uindicari & hoc idem, ut misericordia uel pœnitentia (si res tulerit tamen) locū esse posit quia quādoq; iracundia fertur, ut in d. locis dicitur, & ut fecisse Theodosium constat apud Thessaloniam i. bononiae (eam enim olim ita uocabant) qui cum pœnitentiam publicam, in totius ecclesie conspectu, non sine lacrimis egisset, (exorta enim seditione populum ad circenses ludos inuitauerat, omnesq; trucidari iusserrat) dicta legem Ambrosii iuslu cōdidit, ut pulcherrime Natale. Chronographie lib. narrat Genera 14. colum. 4. part. 2. & Epiph. lib. 9. c. 30. ad fi. Histo. ec. & Bono. Alean. Decad. i. li. 4. lat. in l. puniti ad fi. C. si contra ius uel ut pu. & iu. l. lectu. 2. colum. 3. C. de summa tri. & fi. ca. & ut hic etiam Abb. declarat. Non ob. ultimum, quia stant ista simul quod cleriter ferratur sententia, & tamē sudex uiderit acta, & causa cognita etiam iudicauerit, quod tum presumitur, tum uerisimile est, cum in ea etiam uisis actis dicatur & ut hic etiā Abb. declarat & q. dicatur in c. tum ex literis, intelligatur, quando lata est non uisis actis quod ex breuitate temporis presumitur, ut ibi not. pulchre Pau. cast. consil. 16. ad fi. uol. i. Alexa. consil. 121. colum. 10. uolumi. 4. & consil. 45. ad fi. uolu. 6. Anch. consil. 164. colum. 3. Barba. in c. ad nostram col. 3. de consuet.

Præstatq; nobis argumentum ad multa decretalis ista, & maximè quod quanquam celeritas illaudabilis sit, tardaq; consilia efficiantur multa sapienter, desideratur tamē (ex supra dictis) quām maxime in iudice, ut etiam dicitur in l. cum reis C. de pen. & in l. i. ad fi. C. de bo. proscript. Luc. de pena in l. 2. colum. 3. C. quando & quib. pars deb. lib. 10. & in l. his tantum mōdo C. de cur. pub. lib. xii.

Et quod celeritas in executione desideratur maturitas uero in deliberatione, quanquam in teste, neutrū procedat (scituq; dignum est) quia si repente loquatur, mendax presumetur, si morose dubius, ita Felin. in prohe. decre tal. col. i.

Et quod non eadem res examinata & festinata esse potest, nec quidquam quod à simili habere possit, et laudem diligentia et gratiam celeritatis inquit Card. in c. cum nobis colum. 2. de electio. unaqueq; igitur diuersimode ac diuersis finibus nec absq; ratione (ut supra) de sideratur, tameisi Aug. dixisse imperatori bono temeritatē haud congruere, monumentis traditū est, et fatis celeriter fieri amplius quicquid inde cum maturitate geritur.

Et quod etiam cum motu ratio hic fuerit litium finis, merum imperium propter absentiā

tiam, non modo quo ad cognitionem, uerum quoad diffinitionem quoq; hac de re delegari, poterit de quo tamen late in l.i. ff. de offic. eius cui man. est iu.

Et quòd deniq; æquitas, quàmuis rigori præferatur l. placuit C. de iudi. & diuersa sint duo hæc l. diuus ff. de resti. in integ. l. & si nihil ff. de regu. iu. pulchritè Abb. hic in prin. quandoq; ta men concurrunt & coniunguntur, ut hic, & ita quidem ut non sit dare hoc casu nec prius nec posterius, non qui præsit, quiq; postponatur, argumentum in l. quidam testamento ff. de pecu. le. & in l. contractus & ibi Bart. C. de fi. inst. Ias. in l. 2. in §. prius col. 5. ff. de vul. & pu. sub. Finis.

IDEM G R E G.



On potest quemquam à sacerdotali grādu (nisi iustis ex causis) concors sacerdotum sententia submouere.

Dubitandi rationem faciebat, quòd absolute sacerdos deponi possit, quia à simili arguentes quis priuatur dominio rei suæ, & tamen non est in culpa. l. lucius ff. de euictio l. item si uerberatum §. idem si forte ff. de rei uen. & Dominus alibi seruo quia sibi pro premio datur libertas, & tamen culpa caret adhuc, in l.i. C. de præci. imp. offe. nec tortus in causa adulterit, eidem restituitur, quanquam sit tursum sine culpa l. si postulauerit ff. ad legem Iul. de ad. Et quòd non plurimum concordia requiratur, seu maioris partis, sed solus episcopus sufficiat, ex quo solus etiam gradum confert c. fi. 15. q. 7. argumentum in c. i. infra de regu. iu. & in l. nihil tam naturale ff. co. Et videtur etiam casus in c. i. de hære. in 6.

Contrarium tamen hic deciditur, quòd imò non posse concors sacerdotum (id est episcoporum) sententia, quæ à sacerdotali gradu submouere nisi iustis ex causis. Et ratio decisionis est quia non debet quis sine culpa puniri, & iure suo priuari, siue à sacerdotali gradu submoueri c. satis peruersum 5. 6. d. c. cognoscentes ibi, rem quæ culpa caret, in damnum uocari nō conuenit de consti. Et quia iudicium integrum est, quòd plurimorum sententia comprobatur. c. prudentiam de offi. del. c. licet de priu. in 6. l. dubi. C. de repud. Anch. col. 157. col. 2. Ro. col. 436. col. 3. hinc prouerbii ubi cōfilia multa ibi talus multa, & latius nos i. d. c. prudētiā.

Ad opposita respondetur facile, non obstante primum quia licet Dominus priuetur domino rei suæ & sine culpa quidem, & seruo, neq; tortus eidem restituatur, non tamen

id sit sine causa, ut not. in iuribus ad idem alga. & per D. in regu. sine possessione de regu. i. 6. multa in d. c. cognoscentes de cōstitu. Non secundum quia non est uerum, ut in d. c. h. ubi ad literā dicitur, licet solus honorē date pos sit, quòd nō tamen solus auferit & est simile in dominis dantibus libertatis honorem seruis, quos tamen in seruitutis iugum non reuocant nisi publicè apud præsides tribunali foro accu sati fuerint & rationem assignat glo. in c. i. ubi idem casus ea q. & causa, qua tollitur etiam regu. c. i. de regu. iu. & l. nihil tam naturale ff. eo. quia in corporalia scilicet facilis construitur, quam destruantur uel quia crebrius ordinantur clerici, quæ deponantur, graueq; esset totiens tot episcopos uocare, aut quia odio fit de positio, ordinatio uero electionis causa, & ut ibi latius ubi Arch. qui admiratur ob id quod c. ipsum repetierit & posuerit in f. d. questionis. Non ob. igitur tertium & ultimum, quia speciale est ibi in criminе hæresis, & in degradatione seu in murationis pœna, & quia ad id episcoporum numerus, de facilis conuenire non potest ut ibi tursum dicatur, in principe. Et plus, quòd licet solus episcopus id agat, aliosq; epil eos excludat, non tamen excludit capitulum suum ex quo Abbates, aliosq; prælatos, & religiosos, ac literatos sua Diocesis conuocare tenebitur ut ibi subiicitur & idem in c. si autem 15. q. 7. & seq. & in c. nullam 18. q. 2.

Præstatq; nobis decretalis ista, argumentum ad multa, & maxime quòd aduerbum negandi, siue negatiua dictio (ut aiunt nostri) præposita verbo potest, priuat potentiam & inducit necessitatem præcitatam l. nemo potest ff. de leg. i. ff. de uer. ob glo. sing. in c. i. per illum text. c. regul. iur. in 6. & est sensus de iure non posse quanquam concors sacerdotum sententia, à sacerdotali gradu submouere, nisi iustis ex causis i. nullo modo posse.

Et quòd nihil sine causa fieri debet l. 2. §. cit ca ff. de excep. dol. quæ in qua cunctis dispositiōne, semper excepta intelligitur l. si hominem ff. man. l. qui iurato ff. quisat. cogan. licet hic ex abundantia fuerit expressa, & dubitationis tollendæ gratia quòd reprehensibile non est ob id tamen l. non solent ff. de reg. iu. l. que dubitationis tollendæ gratia ff. cod. l. i. §. sed c. endum ff. de edil. edic. l. i. §. quamuis ff. de non insp.

Et quòd olim differentia uocabulorum nō erat, quia episcopos sacerdotes appellat Greg. imò quòd lex imposta est rebus (adde tu) & non uerbis l. 2. C. communia de lega. c. Marchion. i. q. i. & quòd hac de re sepius impropriis utitur uerbis, inquit Bald. in l. i. ad ff. de re. di. & dicebat Mylon Cretensis, quòd nō ex uerbis res, sed uerba ex rebus, semper sunt in-

quirenda, neq; propter verba res perfici, sed re rum gratia, uerba consumari. Et non mirum ad propositum quòd hic episcopi sacerdotes appellentur, quia antiquitus omnes sic uocabantur c. olim 95. d.

Et quòd in concordia membrorum ecclesiæ gloriatur deus, & gaudet, vt etiam dicitur in c. archiepiscopus 9. q. 3. nec sibi placent discordantium opiniones, nec eas recipit, argumentum in c. oblationes & seq. 90. d.

Et quòd deniq; , factum à maiori parte, ab omnibus factum videtur l. quòd maior ff. ad municipa. l. 2. & 3. C. de præd. decu. lib. 10. Sal. in auth. sacramenta puberum in vlt. col. C. si aduer. ven. Hosti. in c. quia propter in § illud autem col. 2. de elec. uerūq; istud est in his quæ sunt cōia pluribus ut vniuersis, quia in his quæ sunt communia pluribus ut singulis, omnium consentus, requiretur l. per fundum ff. de serui. rusti. prædio. & speciale in electione pontificis, duas partes requiri, secundum Bal. in c. licet de uitanda col. 2. de elec. tio.

ADDITIONE.

Quòd mutilatus sermo, est expositione coadiuandus, ne in absurditatem incidamus, uel legis correctionem argumentum in l. oratio ff. de spons. & in l. i. iuncta gl. ff. de testa. nang; hic concordi sententia sacerdotum posse à gradu sacerdotali quem submoueri dicitur, & tamen character retinetur c. 2. & ibi not. de pœn. in 6. ideo ob id exponi debet, à gradu submoueri. i. ab habilitate exercitii gradus illis, & sic absurdum non resultabit, nec legis correctio, & utrung; vitabitur ut iuris est l. nam absurdum ff. de bo. lib. l. i. C. de inoffi. dot. c. cum expediat de elec. in 6.

Et quòd æquipollentium verborum eadem est virtus argumentum in l. ff. in §. ff. mand. Et hoc idem quia tantum est dicere concordi sententia sacerdotum, quem ex causa à sacerdotali gradu posse submoueri quantum est si discesserit vñanimi c. cum ecclesia surtina in prin. de cau. po. & prop. c. ff. de postu. prælato. & sic cōcorditer uel unanimiter. Et si diceretur non esse uerum, quia huic uerbo addi solent alia nemine discrepante scilicet ut in locis præall. not. responderi poterit, adde ex abundantia & dubitationis tollendæ gratia, ut dicebam etiam supra licet ad aliud, & nouissime facit quòd etiam dicit Bal. in l. i. in ff. C. de iure emph. & ita quotidie in examinibus scolarium, inq; amplissimo nostrorum contulorum ordine, ab episcopi vicario. Finis.

LEO PAPA.

 A quæ iuxta ecclesiasticum morem, iuste & rationabi liter fuerint diffinita, nostra quoq; sententia robo rentur.

Dubitacionem faciebat in hac decretali nostra, primum quia fieri non debet quòd factum non relevat l. hoc stipulatio §. diuus ff. ut leg. no. ca. Bar. in l. 2. in §. quòd deb seruari col. i. C. de iura. cal. & in l. ad probatio nem per illum tex. C. de proba. Abb. in c. per tu as col. 2. eo. ti. sed hic sententia iuste & rationabiliter lata est, ergo alia confirmatione non erget, argumentū in l. ff. de dote præle. Et quia si sententia contra sententiam non valet ex ea, dem instantia lata l. i. C. quando prouo. non est ne. Bar. in l. si sine in §. cum autem ad ff. rem ratam hab. pari modo nec deberent posse si tute & recte (vt dictum est) sint omnia diffinita, confirmari. Et maximè quia iudex non importunit officium suum non requisitus l. 4. §. hoc autem iudicium ff. de dam. inf. imò quòd nec diffinita sunt semper confirmanda c. bonæ de confit. uti. uel iuri.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratiodecisionis est, quia confirmatione addit robur rei confirmat, eritq; sententia maioris auctoritatis imò quòd nec poterit inferior de validitate sententiae amplius cognoscere c. quis nesciat l. i. d. c. i. de transac. c. i. & 2. de confit. uti. uel inuti. glo. in c. quia diuersitatem de concessio. præben. & signum amplius quoddam est superioritatis §. inter in auth. defensio. c. Bald. in l. ff. C. de legi. Ias. multa cons. 144. colum. 2. uolu mi. 2.

Ad opposita respondetur facile non obstante primum quia iam responsum est, quòd imò relevat, & nouissime est in simili theo. Bal. de statuto spoleto confirmato à papa in l. i. C. de regum permis. Ad secundū dicimus, sententiam non valere, quia prima iam transuerat in rem iudicata, usq; adeo cum pro ueritate habeatur l. ingenuum ff. de sta. ho. & pro ea scit præsumptio iuris & de iure, ut not. in c. quoad cōsultationem infra eo. Alexand. in l. si is colum. 4 ff. de acqui. hæ. ut contra eam lata non ualeat nec amplius sit quis audiendus, alias nunquam esset litiū nñnis l. si ob causam C. de euic. at hic confirmatione petitur non ut impugnetur, sed ut roboretur potius & ex alio ut supra igitur, argumentum non concludere certissimi iuris est. Nō ob. tertii quiaverum est, sed hic peti seu requiri debere præsupponitur c. i. de trāsa. c. quo tiens de pac. c. sicut 2. q. i. c. omnibus modis.

3.5.q.9. ergo nec istud obstat. Et mtnus ultimum deniq; quia nec id negatur, si appellatū fuisse uel petita & restitutio in integ. quia tunc proprie ea non dicentur diffinita, quo sit ut neq; confirmatio poti posse c. quod bene 6. q. 4.l.i. §. si ff. ad treb. & ita hic declarat Ioann. And. & But. & uerisimilium est.

Præstatq; nobis decretalis ista, argumentum ad multa, & maxime quod si sententia fuisse latet à iudice incomptenti, non posset per principem confirmari, ex quo rescinderetur exceptione nullitatis, quod tamē hic disputat Abb. & Inno. in c.i.de confir.uti. uel inu. Multa Mōder. ferratiē. in l.more colum.6. ff. de iu.o.iud.

Et quod confirmatio papalis adeo efficax est, ut ipsius tempus intipiciatur, & non dispositionis primaria l. legata inutiliter & ibi signat Bal.col.2. dicit hoc idem multum facere ad confirmationes papales ff. de leg.i.

Et quod confirmans confluit in suo confirmabili, & quasi ex duobus sit unum l.i. §. si filius ff. de lega. 3. Bald. in l.i.colum. 3. C. si plus una sen.

Et quod ubi non est confirmabile confirmatio nihil ualeat, & facta nihil operatur l.apud iulianum §. idem iulianus ff. ad treb. idem Bal. vbi alia ad prōpositum multa in l. nominatio nes col.i.in fi. & prin. seq. C. de ap. non ab regitur dicitur hic iuste & rationabiliter diffinita sententia papæ fore roboranda.

Et quod deniq; confirmatio, nil nouat argumentum in l. scire debemus, post princip. ff. de uer. ob. sed robur influit in confirmato l. aurelius §. testamento ff. de libe. leg. Bat. in l. tale pa. dūm in §. qui prouocauit in rep. colum. 4. ff. de pac. & ut etiam dictum fuit supra in figura. casus Finis.

ADDITIO.

Pro ratione dubitandi ad supra dicta redeūtes, dici etiam posset quod imo sententia iniuste lata, & non seruato ordine iudicatio, ualeat à papa confirmari, ex quo est index ordinarius omnium ordinariorum c. cuncta per mundum c. per principalem 9. q. 3. Abb. in c.i.colum. 4. de iud. Anch. consil. 132. col. 2. Alex. cons. 70. ad fi. uol. 4. & totus mundus eius diocesis, ut in d. locis legitur, usq; adeo ut subditos omnes possit abducere & exirent à potestate ordinariorum. Erq; uia plenitudinem potestatis habet c. prōpositus de concessio: præben. c. 2. de præbeh. in 6. cle. i. ut lite pen. Specu. in §. nunc ostendendum in titu. de lega. versi. 89. Castr. cons. 84. ad fi. uol. 2. & uiderūt casus ultimo lo co in c. ad petitionem de acci.

Nihilominus contrarium deciditur hic, ea tantam quæ iuste & rationabiliter diffinita fue

rūt pp papæ sūria confirmati posse si postulatū sit, & ratio decisionis est, quia aliā sententia non esset l. 4. §. condemnatum ff. de re iudi. Et quod nullum est confirmari non potest, nec confirmatio ualeat ubi confirmabile non est, a pūd iulianum §. idem iulianus ff. ad treb.

Ad opposita respondet facile non obstat quia procedunt & uera suu (omnia enim tendunt ad idem, & unica sol. tolluntur) in dependentibus à libera potestate papæ, ut in beneficiis, uel in supplendo ordine iuris positui, ut per Abb. hic in fi. & latius no. in d.c. pro posuit, & in d.c. 2. & nouissime Anch. declarat consi. 188. col. 3. & consi. 295. col. 1. & 3. & col. 3. 10. col. 2. & fi. Ro. consi. 335. col. 2. idem Anch. in rep. c. canonum statuta col. 16. de const. Abb. in disputa. suis i. col. 1. & Felin. in c. ad audientiam 2. col. 5. de rescript. ergo non in causa decretalis nostræ, sed ut prius melius. Finis.

I N N O. III.



Ncausis quæ summi pon. iudicio detiduntur, & ordo iuris, & uigor æquitatis est subtiliter obseruatū, cum in similibus casibus, coeteri teneantur, militer iudicare, nisi forte cum aliquid causa necessitatis & utilitatis inspecta dispensatiue duxerit statuendum.

Dubitandi rationem faciebat, quod in d. ordo iuris non sit subtiliter seruandus, nec uigor æquitatis, in sententiis summi pont. ut hic dicitur, quia solutus legibus est l. princeps ff. de gili. digna uox C. eo. maxime cum subtilitas probatur. c. dilecti de iudi. l. si fideiussor §. qui dām ff. manda. Et quod secundum dictū quod nec ceteri in causis similibus similiter iudicantur, quia exemplis non est iudicandum sed legibus l. nemo C. de sen. & int. o. iud. Sal. in l. i. col. 6. C. quæ sit lon. cōsue. nec quid fieri solet. sed quid fieri oporteat considerandum est, ut inquit Cice. & quo ad dispensationem, quod sine causa fieri possit, quia sola voluntas sufficit; ut in ordinibus intra certa interstitia temporum faciendis, & quod quis possit habere duas curas de quibus 88. d. pēr totum & in c. de multa ad fi. de præbend. & sensit Ianocton. in e. cum ad monasterium colum. 1. & 2. de statu mona.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio decisionis est, quia cum ipse Pont. summus sit decet ipsum quoq; hominum gratia ea facere, quæ & ordo iuris & æquitatis uigor, expollant, & sit ceteris ita faciendo etiam exemplū iuxta illud lo. 13. exemplum enim dedi vobis

vt

ur quemadmodum ego facio ita & uos facias, & est argumentum in c. aliorum hominum 9. q. 3.

Ad opposita responderi potest, & qui dem ad primum uerum fore quod solutus legibus est, sed tamen profitetur se uelle uiuere legibus, & (ut dixi) hominum gratia l. ex imperfetto. C. de testa. not. in d.l. digna uox & in d.l. princeps. Et præsumptio est quod uelit etiam seruare leges & Canones, quorum est conditor Ad tecundum uero id procedere in causis ecclæsticis, & propositione actionis potissimum subtilitas in partium perniciem, & ruinam couerti uideatur, nos autem in ordine iuris & æquitatis obseruando, quod non insubtiliter fieri debet ne processus sit nullus. uel pronuntiatio pauperis causa negligatur, uel odio, timore, fauore, aut commodo declinetur ad dextram uel ad sinistram. & fusus ut hic per Hos. & est argumentum in c. iudicantem 30. q. 5. Non ob. tertium quia speciale est in sententia principis l.i. §. pe. C. de uet. iu. enu. l. nemini C. de confir. b.b. xi. ita ut fallat regu. d.l. nemō l. si quis filio §. quid tamē ff. de iniusto rup. tri. testa. Bar. in l. apud iulianum in §. utrum ff. ad treb. & in l. si titius ff. eo. dummodo non dispersive procedat, sed dispositive ut hic tradit Gemi. cons. 34. col. 3. signanter per istum text. Et ratio specialitatis ē. quia quod principi placuit lex est §. sed & quod principi instit. de iure natu: l.i. ff. de consti. princip. Et quia non est præsum endum quod processus eius habeat maculam c. in sede c. hæc est fides 24. q. i. omnianq; plene examinata creduntur c. apostolica. 35. q. 9. not. in c. ad audientiam de rescript. Non ulti. deniq; quia nec id negatur d. casibus, sed ut ibi Inno. subiicit bonum est si seruet legem suam, prout etiam profitetur ut supra & ut in d.l. digna uox C. de legib. & ut latius in d.c. de multa ad fi. de præb.

Præstatq; nobis decretalis ista argumentum ad multa, & maxime sententiam papæ, ad consequentiam trahi, quod tamen intelligi debet si diffinitiu fuerit, quod ex eo patet quia ceteri simili uel ita iudicare debent ut hic subiicitur & not. ēt glo. hic. Et est not. limitatio ad reg. c. quæ à iure communi de reg. iu. in 6. ubi à iure communi exorbitant. i. quæ specialia sunt, nequaquam ad consequentias sunt trahenda.

Et quod sententia ap. debet in posteriori significatu intelligi de diffinitiu i. l.i. §. qui in perpetuum ff. si ager uectiga, uel emph. !pet. in simili l. in rub. ff. de iu. o. iu. & sic expōni uerbum deciduntur hic diffinitiu, nec alter inteligi potest.

Et quod sententia principis vim legis generalis habet l. fi. C. de legi. nec ab re(rursum) hic deciduntur dicuntur, quia lex principis decisio

est l. ueteris C. de contrahen. & commit. stipu. l.i. in prin. C. de emen. Cod. §. cumq; super filio inst. de nup.

Et quod interlocutoria ad consequētias trahi non debet, ex quo ius non constituit, nisi sit in corpore iuris clausa l. metum §. i. ff. qd met. cau. vel lata cū causæ cognitione & plentibus partibus d.l. fi. C. de legi. late hic loa. And. But. & Abb.

Et quod dispensatio regulariter cum causa fieri debet, cum sit recessus à iure communi l. cum titio & ibi no. ff. de condi. & de c. requiri tis §. fi. i. q. 7. & actus solemnis, ac sententia quædam seu decretum scripturam requirens c. legimus 2. q. i. Old. consi. 326. col. 2. & consi. 327 col. i. & quod non ab re dicitur causa necessitatis & utilitatis inspecta, alias dissipatio fore, & nulla, argumentum in l. 2. in §. circa ff. de exceptio. do. lo. Aud. in d.c. de multa colum. 5. de præben. Finis.

DE APPELLATIONIBVS.

ALEX. III. REMEN. ARCHIE piscopo.

 Dhæc si in una causa quis appellauerit, & pendente appellatione aliquod crimē committat, uel prius commisso dicatur, uel modo etiam accusetur, aut conueniatur de alia re, super qua non sit appellatum, & illam proferri contingit ad audientiam iudicis à quo in alio negotio appellauit, eam potest si uoluerit, tanquam suspectū uitare alioquin debebit eius stare iudicio, maxime si suus ordinarius iudex existat.

Dubitandi rationem faciebat, quod coram iudice à quo appellauit in una causa, in alia conueniri non possem nec in alia à qua appellatum, non sit iudex possit tanquam suspectus recusari, ex quo pendebat appellatione & pendente appellatione nihil debet innouari ut in rub. & rot. ti. ff. nil nouan ap. pen. Et si quid inouatum fuerit, id ab incompetenti iudice, factum dicetur, cui nec parebitur l. fi. C. si à non comp. iu. sue ap. c. at si clerici de iudi. Old. consi. 89. col. i. & quia si grauabit me iudex, promptum mihi remedium erit appellationis l. unica ff. apud eum a quo allega. etiam hic in glo. unde recusatio; cessate omnimodo debet, argumentum in l. in causæ ff. de mino. & in l. in provinciali cū

ibi not. ff. de no. o. nun.

Contrarium tamen in utroq; dicto, determinatur hic, & ratio est decisionis quo ad primū, quia si alia causa diuersa est ab ea, à qua fuit appellatum, non est ratio cur uon possum in eacō ueniri, argumentum in l. papinianus exuli ff. de mino. & in l. naturaliter in §. nihil commune ff. de acqui. possessio. in simili docto. in l. nulli. C. de iudi. Are. cons. 29. colum. 14. Et quia grauamen est causa ap. quod non contingit respectu aliarum causatum ut hic per Abb. quoad secundum vero, recusari posse, quia durum est coram suspecto iudice litigare l. apertissimi C. de iudi. c. cum inter de excep. idem Are. cons. 29. colum. 14. præallega. & quodammodo naturale suspectorum iudicium infidias declinare, & inimicorum iudicium, uelle refugere c. quod suspecti 3. q. 5. Abb. in c. postremo i. col. l. infra eo. & in c. i. colum. 8. de iudi. glo. in c. secundo requiritis infra eo.

Ad opposita respondetur facile, non obstatre primum quia uerum est si quid innouaretur respiciens causam à qua appellatum est, sed ista est penitus diuersa, uihil commune habens cum prima, ergo nihil officit quominus conueniri possim coram eodem iudice, nisi (ut diximus) fuerit à me recusatus & ut hic clare etiā legitur. Non secundum quia nec id negamus, sed bene dicimus iure ciuili procedere. & locū habere, non canonico, quo facilius iudices recusantur, & maxime (ut dicūt doct. hic præser-tim But. & Imo.) quia cum semel me grauauerit, & iam facto ostenderit, me non diligere, statim mihi fit suspectus. tamen stat argumentum d.l. unicx, & regu. d.l. in causæ, nec præsumendum iudicem ob id quod sententiam contra me tulerit, me non diligere, argumentum in l. merito ff. pro socio & in l. uir bonus ff. iud. sol. & in l. hærennius §. caia. ff. de euictio. dicendum igitur est, recusari posse (ut primitus dicebam) quia id longe facilius est, quam recurrere ad ap. si me grauauerit, & quia recusatio est speciale remedium, appellationis uero generale, igitur præponderabit argumentum in d. l. in provinciali & ibi not. ff. de no. o. nun. & in regula generi per speciem de regu. iur. in 6.

Præstatq; nobis hæc decretalis argumentum ad multa, & maximè, quod exceptio in uno casu firmat regulam in non exceptuatis l. quæsumus §. deniq; ff. de fun. inst. instrumentoq; leg. quodq; regula est hic, in alia causa, quam illa à qua sit appellatum, appellantem posse conueniri exceptio uero, si iudex recusetur suspectus.

Et quod quamuis recusatio & appellatio differant, quia remota appellatione non propterea remouetur recusatio, ut not. in c. postremo infra eo. ita tamen ista suspendit jurisdictionē

ut illa, & declarat etiam Specu. in §. restar col. i. de delega. & not. in c. super eo, & ibi Frat. in specie infra eo.

Et quod verba legis semper debent intelligi secundum subiectam materiam l. si uno ff. loc. l. si stipulatus ff. de usu. Si recusatio fiat scilicet iure isto, ut non sine cā fiat licet hic non dicitur, & suspicionis c. cum speciali de offi. del. c. secundo requiritis infra eo. aliás à iure ciuili nō differret, & tamen differt, quia dicto iure fit sine causa l. apertissimi C. de iudi. not. in l. qui iure iurisdictioni ff. de iu. o. iud.

Et sic quod una lex alteram declarat si fiat iure isto quod fiat (ut dixi) cum causa l. non est nouum l. sed & posteriores ff. de leg. c. super quæstionum in prin. de offi. del.

Et quod deniq; non ab re dictum est hic, si uoluerit tanquam suspectum nitare &c. quia si noluerit sed postea litigauerit, & in iudicio responderit, recusationi renuntiare videbitur, ut not. Specu. in §. 4. in uer. & nota. de excep. & docto. in c. inter monasterium de re iudi. & in c. gratum de offi. del. & in c. sollicitudinem infra eo.

ADDITIO.

Quod alioquin coiunctio est, uim sententia habens, ut inquit Alcia. in l. 2. in prin. ff. si cert. pet. & male ac contra illum text. & in l. ff. co & in l. qui negotia ff. manda. & in l. si quis in §. quod ita ff. de incē. rui. nauf. & in l. diuus infi. ff. de mi. tes. ubi potius ex ea dictione colligi posse detur argumentum per locū ab opposito, qui si recusetur eius iudicio non stabitur alias l. Finis.

ALEX. III. EPISCOPO ET A.R. chiepiscopo.



Onsuluit & infra, Cons. V. T. R. quod si generaliter ap. quis interponeret ab omni grauamine quod sibi possit contingere, huic modi ap. tenere non debet, si uero ab aliquo iudice super omni grauamine, quod in yna causa sibi possit inferri, quanquam generalis appellatio sit interposita appellacioni tamen eius est ab eodem iudice deferendum.

Dubitandi rationem faciebat, quod generalis ap. ualeat, non secus ac illa, quæ ad certam personam uel causam restricta sit, quia id debet operari genus, respectu generis, quod operatur species respectu speciei l. si duo ff. de admi.

admi. tu. l. si chorus ff. de lega. 3. l. omnes C. Id p̄script. 30. anno. l. sic autem §. sed & is ff. de de rei ven. l. 3. §. fi. ff. de test. l. an in totum C. de edif. priua. & ita arguit etiam Bald. in l. i. in pri. C. commoda & in l. i. C. de hære. vel ac. ven. & est argumentum à proportione generis & speciei, ut pulchre declarat Nel. in tracta. bānito. in 2. par. 2. tempo. q. 5. 8. col. 2. ergo (ut dixi) ita generalis valebit, ut restricta ad certam cām. Et videtur casus in c. bonæ infra eo. vbi ad literā dicitur, à quolibet grauamine posse appellari, & cū in verbis non est difficultas, non est admittenda voluntatis quæstio l. ille aut ille §. cum in uerbis ff. de leg. 3.

Contrarium tamen hic deciditur & idem etiam in c. 2. supra eo. & ratio decisionis est, quia grauamen immediata causa appellationis est c. suggestum c. ut debitus supra & infra eod. c. ad romanam 2. q. 6. quod quidem respectu cuiuslibet causæ, in futurum intentandæ prætendi non potest de præsenti, ergo nec appellatio sic interponi, quoniam (ut inquit Abb. hic & bene) ubi deficit causa, ibi cessat effectus c. cum cessante infra eo. l. adigere §. quamvis ff. de iur. pa. ad quod etiā facit, quia gæneralis appellatio ob secura est & incerta l. duo sunt titii ff. de test. tu. l. ita fidei §. fi. ff. de iurefi. ergo non ualebit perindeq; erit ac si interposita non fuisset l. de ætate §. nihil ff. de int. ac. secus igitur quando re stricta est, deducendo & latius ut hic per cūdem Abb.

Ad opposita respondetur facile, nec primū obstat, quia fallit regu. in casibus à iure expressis, ut declarat Bald. in l. si quis mihi bona in §. iussum ff. de acqui. hæ. hic autem exprimitur nō ualere nisi ad certam personam uel causam restricta sit, ergo. uel etiam ut uitetur legum correctio, & contrarietas, inquit idem Bald. multis aliis modis etiā limitando in l. sed & si quis in §. quæsumus ff. si quis cau. Non secundum & ultimum, quia id in extra judiciali ap. uerū est, & procedit, nos autem loquimur in judiciali, ergo. Et ratio differentiæ est, quia primo casu, à futuro grauamine potest appellari, & sufficit quod fiat ex verisimilibus conjecturis & factū sit certum cle. sicut de ap. Idem Abb. hic & alii exemplificantes hoc modo appello, ne super talis facto, uel possessione, me quis molesteret.

Præstatq; nobis decretalis ista, argumentum ad multa, & maximè quanquam legis natura sit generaliter determinare l. i. §. quod aut ff. de Alea. quod communiter tamen generalitas reprobat, ex quo parit confusionem ut inquit Bald. in c. adhæc de rescr. pulchre Rom. cons. 455. & in materia, inq; appell. D. de rota decisiō. 407, in nouis.

Et quod genera sunt sicut prædicamenta, nō sicut prædicta, ut pulchre dicit Bald. in c. ad

si. de cōst. nimirū igitur si nihil operantur, quia (ut dixi) generalis appellatio, incerta est & obscura, & perinde ac si interposita non fuisset d. l. de ætate §. nihil ff. de int. ac. Bart. in l. titiæ textores in prin. ff. de int. ac.

Et quod genus restrictum ad unam specie, naturam speciei assumit l. si optio ff. de op. lega. Bald. in auth. hoc inter liberos colum. i. C. de testa. & in simili dicit Ias. quod dispositio generalis quæ non potest uerificari nisi in una specie specialis est, in l. i. colum. 5. ff. de uulg. & pil. sub. per tex. & ibi Barto. in l. si dominus ff. de leg. i.

Et quod distingui debent tempora, & concordari scripturæ, quia hodie non admittitur generalis appellatio, etiam ad unam causam re stricta, nisi nominatim causa grauaminis exprimitur, clem. appellanti de appell. usq; adeo ut neq; posit ex alia causa appellatio iustificari, ut ibi, olim autem sic ut supra, & in d. c. bonæ Regien in l. i. nu. 96. ff. de no. o. nun.

Et quod deniq; per uiam facti resitti potest, si mora interpellandi uel adeundi iudicē, periculum est allatura l. ait prætor §. si debitorem & ibi Bart. ff. que in fraud. cred. sicuti per uiam iuris contra futurum grauamen uerisimi liter inferendum potest quis sibi prospicere p. appellationem, ut hic & in d. c. bonæ infra eod. Anch. cons. 439. col. 6. Finis.

ALEX. III. CANTVARIEN. A.R. chiepiscopo.



Dhæc & infra: præterea de his qui iuramentum p. & stant quod ecclesiæ stabūt iudicio, & postea appellant. Id tua sollicitudo prouideat, ut eos seruare quod iurant uel infra xl. dies post ap. interpositam, iter arripere ad ipsam prosequendam, compellas.

Dubitandi rationem faciebat, quod non poterit appellari in casu præsentis decretalis, & quod appellationi non sit deferendum, quia iuramentum de patendo mandatis ecclesiæ, præcisæ obseruandum est c. ad nostram de iure. l. unica C. de sen. quæ pro eo quod int. maxime ut inquit Abb. hic, quia generaliter præstitum est. Et quia si à iuramento posset appellari, iuramentum sic pœniteret, & tamen ubi iuratum est pœnitentia, locum non habet l. si pecuniam & ibi gl. quia iurasti ff. de condic. ob cau. Barto. in l. dedi in princip. ff. eo. imò quod sibi ipsi sic uideretur contrarius iurando, & postea appellando, nec aliud innuere meo quidem iudicio,

dicio, nisi uelle parere, & non parere contra rius autem nō auditur l.i. C.de fur. c.sollicitudinem infra eo. ergo.

Contrarium tamen hic deciditur quod imò poterit appellari, quodq; appellationi deferendum erit. Et ratio decisionis est, quia immedia ta causa appellacionis est grauamen c. suggestum c. ut debitus supra & infra eod. iurans hic erat grauatus, ergo iuramento non obstante, poterit appellare. quia (ut inquit etiam gl. hic) iuramentum non desertur, siue delerri non uidetur, cum illud exiusta causa dimittatur l. qui iurato ff. qui satisd. cog.

Ad opposita responderet facile non obstat re primum, quia uerum est nisi iurans graueretur (ut dictum est) d.c. ut debitus. Ex quo tollitur etiam secundum quia imò ex causa permis sa est & sic speciali ratione ut supra & est simile in l. quiq; in §. i. & in l. quamvis ff. de in. iu. no. Bar. in. l. qui ea mente in princ. ff. de fur. Nō ob. vltimum, quia regulariter id verum est sed tamen hic auditur, quoniam ius appellatione sibi permitit d.c. ut debitus & no. in c. seq. infra eo.

Præstatq; nobis decretalis ista argumentum ad multa, & maximè quod cū absolvitur quis, à sententia excommunicationis, debet iurare de parendo mandato ecclesie, siue iudicis, de quo etiam in c. ex tenore de sen. excommu. & in c. ueniens & in c. quintaallis de iure iurant.

Et quod mandatum iudicis debet esse iustū & rationabile, aliás obediens non teneretur (ut hic dicunt omnes & bene) & probatur in d.c. quintaallis & in l. si libertus ubi not. tex. ff. de op. lib. & est exemplum ut iurans satisfaciat læto, prout not. etiam in d.c. ex tenore, iuò sicuti dictum fuit pariter supra quod si foret iniustum grauaretq; iurantem, iuramento non obstante posset ap. interponere, & per d.l. si liber tus dicit etiam Bar. in l. fi. ff. qui satisda. cogā. Si iuraret quis, non petere reductionem ad arbitrium boni viri, quod debet intelligi, tamen nisi subsit iusta & legitima causa plene Deci. hic colum. 2. & consil. 11. colum. 5. uolum. i. & cō fil. 28. colum. 2. uolum. 3. Barto. in l. iulianus nume. 7. ff. de condic. ind. Castr. consil. 215. colum. 2. & consil. 255. col. 2. eod. lib. & in simili de eo qui consensit pariter causam committi consilio sapientis, ut non propterea (si fuerit iniustum) sibi denegetur contradicatio, Ro. consil. 228. col. fi.

Et quod actus iuratus, ex iusta causa potest reuocari, reuocati autem uidetur appell. interposita. iuramento non obstante, ut hic, ergo, & in pulchro casu ita etiam dicit Oldr. consil. 95. ad fi.

Et quod iuramentum, in his, in quib. quis nec consensit nec cogitauit, non obligat iurantem l. in fundo ff. de rei. uend. quibus nec

tem l. fi. C. de non nu. pec. c. petitio. c. ueniens & ibi Inno. & Host. de iure iu. Old. consil. pre alle. 95. nu. 15.

Et quod tempus, quod appellanti statuitur, ad appellationem prosequendam, quodq; immediate incipit currere post ap. interpolatum, ut hic arbitriatum est ut no. in c. cum sit Roma na supra eo. & quanquam dixerit hic text. infra dies xl. iter arripiendum, ad ap. prosequendam, hac ratione suppleri debet, plus uel minus, secundum locorum distantiam, & peti- natum qualitatem, ut in d.c. cum sit ro.

A D D I T I O .

Ad illud de quo hic & obiter dictum est supra quod iuramentum præcise est obseruandum si iuste præcipiat, nec graueretur iurans, quadrat pulcherrimum Cleomenis exemplum, cū arguius enim pugnaturus, treuqua dierum septem a pugna se abstinuit, deinde noctu eos aggressus, ex tempore multos occidit, capiuoq; multos etiam fecit reprehensus poitea quod peieraslet, imò non, respondit, quippe quod diecum, mentio facta fuit, noctium non. Finis.

A L E X. III.



Dhæc & infra cum à te super aliqua causa fuerit appellatum fas tibi sit appellantes ap. remota compellere, ut uel ap. interpolatim prosequantur, uel coram te iuris parcent equitati. Aut si alterutra partium, te suspectum habuerit, te insidente iudicem eligant, qui propositam inter eos ualeat dirimere questionem.

Dubitandi rationem faciebat, quoad primū dictum appellantem non esse compellendum ad appellationem prosequendam, quia appella re & appellationem prosequi est agere, uerum agere nemo neq; ius suum in iudicium deducere compellitur l.i. C. ut nemo inui. l. fi. C. de u. su. pupil. R.o. consil. 53. col. 2. Quoad se cunctū uero, quod nec iudex à quo possit tanquam suspectus, recusari & iudex eligi qui causam dirimat cum semel sub ipso litigauerit, ut ejus dicit hic Host. & est argumentum, in l. si conuenit ff. de iu. o. iud.

Contrarium tamen & in utroq; dicto quidem hic rursum deciditur, & ratio decisionis ē, quoad primum. quia maliciis hominum obviandum est l. in fundo ff. de rei. uend. quibus nec

nec carere uidetur, qui appellat & appellatio nem nō prosequitur argumentū in c. nullus de præsum. p. c. peruenit infra eo. c. peruenit uer si. mandamus supra eo. Quoad secundum uero posse recusari, quia durum est. aliás coram suspecto iudice litigare c. quod suspecti. 3. q. 5, & supra dictum est alibi latis. est uerum (subiicitur hic) si de recusatione iudex disputeret noluerit, quod eo insidente, tenebuntur partes iudicem eligere, qui propositam inter eas, ualeat dirimere questionem.

Ad opposita responderet facile, primū non obstat, quia uerum est coactio præcisa, sed causatiua sic l. diffamari C. de inge. ma. l. titia ff. de accu. l. si ea. C. qui ac. non po. nor. in l. accusaturis ff. ad legē iul. de ad. & in d. l. i. C. ut ne. inqui. Bar. in l. edita nu. 3. C. de eden. sed hic appellationem non protequebat, ergo non mihi sum si compelli ad id potest, uel quod stet iuri coram ipso iudice, à quo est appellatum. Non secundum quia potest ex noua causa, uel quia ipsam per aliquem actum, cum eius iudicium semper declinauerit, non uidetur approbasle, ut not. in c. insinuante de offi. deleg. & in c. in ter monasterium de re iud.

Præstatq; nobis decretalis ista argumentum ad multa, & maximè quod quamvis iudex compellere posse, partem appellantem, ad ap. prosequendam, quod non tamen ei necessitas imponitur, ut ad id eidē terminum præfigat, quod indicat uerbum illud fas tibi, quod sui natura necessitatē non importat, sicuti nec uerbum potest, ut hic pet Host. But. Ab. & alios, & probatur in l. sepe & in l. generaliter ff. de offi. præsid. & in c. consuluit de offi. del. maximè quia affirmatiuē prolatum est in lege, ut not. in l. gallo. in prin. in uer. posse ff. de lib & posthu.

Et ad idem, quod ob id non grauatur appellatus, licet iudex à quo nō assignauerit sibi terminum ad appellationem prosequendam, & consequenter appellari nō poterit, quia immedietia causa appellandi est grauamen c. suggestū ut debitum supra & infra. eo.

Et quanquam regulariter iudicandi necessitas sit l. de qua re ff. de iudi. l. i. §. iudicandi necessitas ff. de mū. & li. quod non tamen id qd potest iudicis permittit, necessitas iuris subiicitur l. non quicquid ff. de iudi. Bar. in l. i. col. 2. ff. de iurisd. o. iud.

Et quod potentia non semper deducit ad agum, ut signanter per tex. in d.l. nō quicquid dicebat Old. con. 93. col. 3. Nec semper uerum hac de re, q propinquā actui, actus sit, de quo aliás in l. pe. ff. de mil. test.

Et quod deniq; iudex, qui potest repellere sine actione agentem si non repellat, non propterea tenebitur reo in sindicatu, ut etiā dicit Beau. de cast. in l. ubi pactum col. 3. C. depac.

& Deci. hic, quod tu declara uerum, si petitum non sit, quia iudex non debet impetrari officia suum, non requisitus l. 4. §. hoc autem iudicium ff. de dam. inf. aliás autem teneretur, ut idem Pau. in loco præallega. declarat & bene.

A L E X. III.

Onsuluit nos. t.f. utrum sit appellationibus deferendum, à rege francorū pro iudæis interpositis, ut mā cipia detineat christiana & infra. non conuenit ut pro huiusmodi appellationibus, ab obseruatione decreti, debeas abstinere.

Dubitandi rationem faciebat, text. in c. multorum de iudæ. ubi iudæ possidere mancipia christiana minime prohibeatur, quem stupendum dicit Bauér. in §. testes, col. 6. insti. de testa. & ad idem inducit Barba. in l. 2. in §. ex his col. 15. ff. de uer. ob. ergo & ap. erit defensio à francorum rege in eorum fauorem interpositæ, maximè quia sunt nostræ naturæ participes à nobisq; souendi c. iudæ & ibi Abb. de testis c. charitas § item proximos de pen. d. 2. nec superiorem francorum rex aliquem recognoscit c. per venerabilem qui fil. sint legi. Oldr. consil. 69. ad fi. & quia conuenit etiam, cum appellatione sit præsidium, inuentum ad iudicium inquietates correndas l. i. ff. de appella. ut hica rege francorum (iterato dixerim) deferasura.

Contrarium tamen deciditur in ista decretali nostra. Et ratio decisionis est, quia appellatione est contra ius & Canones c. mancipia § 4. d. l. unica C. ne christia. man. l. deo nobis §. his ita C. de ep & cle. c. fraternitatem § 4. d. præleg. cui hac de re non est defensandum. Et quia rex secularis etiam superiorem non recognoscens, subest papæ, nec potest quidquam facere quod sit contra decorem christianæ religionis, cum nec ipse papa ficeret c. duo sunt genera 96. d.

Ad opposita responderet facile, & quidem ad primum illud ideo uerum fore, quia seru erat ascripti, & sic indirecte & ratione adiuncti, non directe ut hic, quo cau multa concedatur, quæ non concederentur aliás, & ita declarant doct. illum tex. in locis supra alleg. & nō uisime quod sit d. casu speciale, Moder. Böni. ni. in l. si insulā col. 7. ff. de uer. ob. ergo in contrarium ius commune l. ius singulare l. quod uero contra ff. de legi. c. præseni §. loca de preben. in 6. Nec officit quod sint nostræ naturæ participes, quia uerum est, ut soueantur & tolentur, nec expellantur nec molestia afficiantur

ALEX. III. GEN VENSI AR.
chiepiscopo.

zur in suis solemnitatibus & ritibus hebraicis in memoriam dominicæ passionis, præsertim quia dicit Christus, ignoscite illis, quia nesciunt quid faciunt, & habetur aliter, in c. consuluit & in c. sicut de iude. & in c. qui sincera 45. d. Cat. in cle. i. col. 2. co. ti. Anch. consi. 243. col. i. sed nō ut christiana mancipia detineant, cum ipsi à nobis potius, quibus sunt subiecti. detinendi debeant, & tanquam serui tractari, ut per Abb. in c. iudæi & in d. c. consuluit de iud. Non ob. ultimum deniq; quia antecedens uerum est consequens falsum, cum appellatio ipsa (ut dictum est) sit contra ius & Canones l. non dubium C. de lega. argumentum in l. conditiones contra edicta, & in l. filius, quæ sequitur ff. de cond. in stit.

Præstatq; nobis hæc lex argumentū ad multa, & maxime quòd nemo debet ponere falcam in alienam messem, ut inquit tex. in c. nullus de parroch. & in c. omnis utriusq; sexus de peni. & re. nec Rex Franciæ, usurpare quòd religioni & ecclesiæ tribuitur c. decernimus de iud. multa Old. consil. 71. & 83. col. 2. quia nec è cōtra permittitur, quòd ecclesia usurpet quod ipsi regi uel Imp. tribuitur pariter cum indecorum sit membrum unum, alterius membra officio fungi c. i. 89. d. Old. consi. prealle. 83.

Et ad idem, quòd officia non debent promiscuis rerum actibus perturbari l. consulta diuilia C. de testa. c. nos si incompetenter 2. q. 7. l. nemo 2. C. de iude. Ancha. consi. 154. col. i. & consi. 178. col. 2. in terminis huic decretalis Bal. in l. si testamentum C. de test. Arch. in c. per hoc de hære. in 6.

Et quando sunt duo gradus successivi & ad inuicem subordinati, quòd primus de ultimo se non intromittit, nec ultimus de primo, & sic ea quæ sunt præbiteri uel episcopi, diaconum non attingere, nec è contra c. diaconus & seq. 93. d. Old. consi. 180. col. 3.

Et ad idem quando diuersis, diuerte tribuuntur iurisdictionū species, quòd unus se de illa quæ alterius est non debet, nec potest se intromittere, ut etiam dicit Ang. in l. cum prætoriolum. 2. ff. de iudi.

Et quòd deniq; ab inconvenientibus abstinentum est, quodq; ea multiplicari non debet, non conuenit igitur huiusmodi appellacionibus deferri, & à decreti obseruatione abstinere positi in d. c. mancipia & fraternitatem 54. d. & sic à seculari iudice falcam ponit in alienam messem, ut hic dicitur & in simili in l. i. C. de dot. promi. & in l. cum post in §. ge

ner. ff. de iure do. Bal. inl. lege xii. tab. ad fi. C. de legi. hæ.

Finis.

potius iura illa, quam obstant, & dubitationem faciant, uel dici etiam potest quod non suspenderatur iurisdictio ordinarii ibi, delegati auctoritate, ut hic, uel & melius, quod dicta iura hodie procedant, ex quo satis est extare literas super codem negotio, tametsi præsentate non fuerint decre-

decretalis ista autem loquatur secundum antiqua tempora, ut hic per glo.

Præstatq; nobis tex. iste, argumentum ad multa, & maxime quod uerbum sicut afferis, non infert id probari quod afferitur, quodq; ex eo recitatur factum alterius, nec recitans id confiteri videtur, ut inquit But. in c. ad hæc per illū tex. de rescrip. & est etiam tex. in c. 3. de eo qui mut. in po. cau. rei ser. Deci, hic alia adducens ad balistam, dicitu quod ante eum, duo hæc ad duxit Feli. in c. iurauit in prin. de proba. tradit etiam Barto. in extrauagan. ad reprimen. in ver. afferit, non nihil idem Feli. in c. dudum colum. 2. de præsumptio.

Et quod quanquam appellatio omissis mediis facta non teneat, de iure ciuili, quia gradum fieri debet. l. imperatores ff. de appella. securus tamen est de iure canonico c. dilecti. c. cum sit romana. c. duobus supra & infra eo. Bart. in l. omnes populi col. 15. ff. de iust. & iu.

Et quod dolus & fraus nemini patrocinari debet l. ne ex dolo ff. de dolo. c. sedes apostolica de rescrip. l. i. in fi. ff. de excep. dolii. itaq; fullo in prin. ff. de fur.

Et quod appellatio semper est deferendū quod ex causa rationabili interposita est, aliás non, ut etiam not. in d. c. ut debitus infra eo.

Et quod deniq; itineris arreptio vim appellatio habeat & sit appellatio, quia expresse his appellacionem appellat papa, & tamen non est regulare. l. non distinguemus. §. cū quidam. ff. de arbit. aliás non suspendet iurisdictionem iudicis delegati, & tamen suspendit, quod appellatio proprium est. l. i. ad si. ff. ad turpil. toto ti. nil notian. appella. pend. Finis.

ALEX. III.



E priore & infra : ceterū si præfatus canonicus priorem propter suas enormitates manifestas, quæ ipsum notabilem reddunt, ad se ap. appellavit, & ipsi tali ap. deferre contempnit, eum cum litteris tuis ueritatem continentibus de tanto excessu, satisfacturum ad se ap. uenire compellas.

Dubitandi rationem faciebat, quod à correctione sui superioris & prælati non appelleretur nec si appellatum fuerit appellatio admitti de beat tex. clarus in c. reprehensibilis ad fi. & in c. ad nostram supra eo. & in c. licet, de offi. ord. immo quod si culpas subditorum dimittat imponere, grauiter offendit c. si his qui 1. 2. q. 4. c. qui uiciis 2. 3. q. 5. landabileq; est in subditis prælati correctionem nulla disimulatione postponi

c. sicut 2. q. 7. igitur appellari non poterit (ut dixi) & si appelletur, nec appellationi detulerit quod puniendus non erit, ex quo pœnam non meretur, qui aliquid facit auctoritate legis, ual ga. l. gracchus C. ad legem Iul. de adult. c. qui peccat 2. 3. q. 4. Cetus enim hominum saluus es te non possit si mali non castigarentur, non se cus ac ægrotus. cuius pars nisi medicina sanetur, in reliquias eiusdem partes morbus diffunditur. Nequisimorumq; hominum improbitatem aliquando retundi, & non pati impunitate augeri. non solum est utile R. P. uerum etiæ necessarium dicebat Cice.

Contrarium tamen hic deciditur, & bene, estq; decisionis ratio quia prælatus, in correctione modum excessit, qua de re potuit etiam subditus appellare, siq; (ut dictum est) appellationi ille non detulerit punietur, & fiet in pœna sapiens, qui stultus fuit in culpa inquit Bal. in c. nisi de offi. leg.

Ad opposita, dubitationemq; facientia respondetur facile, uera omnia esse, quando correctio est moderata, at hic modum excederat in corrigendo, ut uerba illa innuant propter enormitates manifestas. (& iam dictū est supra) ergo.

Præstatq; nobis decretalis ista argumentum ad multa & præcipue quod maximum inobedientia signum est, si iuste appellationi prælatus non deferat ob idq; non mirū si punitur & est nouissime casus in c. decreto ad fi. 2. quæstio. 6

Et quod est maxima differentia, quem appellare, & à quo, seu (ut hic) priorem, uel à priore quoniam primo casu, appellatio extra judicialis est, secundo uero judicialis.

Et quod si punitur, qui detulit appellationi friuolæ & iniusta c. cū appellationibus de ap. in 6. multomagis debet puniri qui non detulit iuste, nel saltim pari ratione. quoniam contraria eadē est disciplina l. i. ff. de his qui sunt sui uel alie. iu. c. intellecto de iure iu. c. hospitium 3. 2. d. & ut per Abb. hic.

Et quod uerificatur hoc casu Greg. dictum in ep. ad Louinianum de quo aliás in c. fi. 14. q. i. huiusmodi ubi præceptum est, ibi necessitas seruientis est. ut obediatur, uel imperantis ut ei obediatur. Item quod præcipitur imperatur, quod imperatur necesse est fieri, si non fiat pœnam habet de quo etiam in c. 2. de maio. & obedi. præcipitur hic & ubiq; iuste ap. deferri ergo si non deferatur prælatus (ut dictum est) punietur.

Et ad idem deniq; quod obedientia præcepit supponit l. si quis mihi bona §. iussum ff. de acqui. hære. Bald. in pulchro casu cons. 3. 243 colum. 2. uol. 2. ergo qui non obedit conténit cōceptusq; vindicatur l. si familia ff. de iu. o. iu.

Quod licet alias, commune dictum sit in pe-
nis infligendis, inq; delictis atrocioribus puni-
dis leges transcendit posse, ut pulchre dicebat
Inno. in c.i. de constit. & est rex. in l. per omnes
C. de defen. ci. atrocitas tamen in prelato,
inq; correctione subditorum, est tam detestabi-
lis ut ipse reprehensione, & castigatione sit di-
gnus, quia moderata esse debet. l. sed & si. §. fi.
-præceptoris ff. ad legem acqui. l. item queri-
tur. §. idem iulianus. ff. loca. Alexand. consi. 75.
colum. 1. uolum. 3. & consi. 1 13. colum. 1. uol.
4. Bald. in prohe. ff. colum. 2. & in l. in iudicio,
colum. 2. C. loca. Boer. decisio. 304. colum. pe.
par. 2. Finis.

A L E X. I I I.



D aures nostras & infra;
appellant ad prosequi-
tionem ap. terminus con-
gruus præfigatur, infra
quem si ap. non fuerit p-
sequutus, ex tunc com-
pellatur stare iudicio delegati.

Dubitandi rationem faciebat, quod iudex à
quo, non possit præfigere terminum appellan-
ti, ad appellationem prosequendam maxime
delegatus ut hic quia semel functus est officio
suo, uel benè uel malè. l. iudex posteaquam ff.
de re iud. quæ etiam in delegato procedit, ut p-
glo. in. l. si ut proponis. C. quo modo & quan-
do iud. A. bb. in. c. cum. l. & A. de re iud. l. s. in. l.
serui electione colum. 1. ff. de lega. 1. & ita etiā
dicitur in. l. i. in. §. fi. ff. de quæstio, & in. c. signi-
ficantibus de offi. delega. & in. c. at si clerici, in
prin. de iudi. Maxime quia non debet impa-
tiri officium suum, non requisitus. l. 4. §. hoc
autem iudicium ff. de dam. inf. Nec facultas
probationum augustari. l. quoniam. C. de hær.
sed soueri potius & ampliari, in quo publica
uersatur utilitas, ut in authen. de testi. in pri.
& quia etiam tempus ipsum ius appellanti au-
ferre non debet. l. obligationum ferè. §. placet
ff. de ac. & ob.

Contrarium tamen hic deciditur, & breu-
iter ratio decisionis est, quia reip. interest, lites
non fieri immortales, subiectosq; non uexari li-
tibus laboribus & expen. c. finem litibus de do-
lo & contu. l. quidam æstimauerunt. ff. si cer-
pet. c. dispendia de rescip. in 6. & etiam quia
qui appellat, & appellationem non prosequitur
malitiose appellasse uidetur, causa uexandi ad
uersarium suum, malitiis hominum autem
obuiandum est. l. in fundo. ff. de rei uen. ergo.
Ad opposita responderet facile, nec primū

In secundam decret. partem

obstare, quia id uerum est quantum ad iudica-
ta, sed non quod in accessoriis non duret, ma-
xime, quo ad termini assignationem, & ut ap-
pellationem appellans prosequatur. c. cum sit
Romana supra eo. declarat Bar. in d. l. iudex po-
stequam. Non secundum quod non impar-
tiatur officium suum irrequisitus, quia utili-
tatis publice gratia id solet limitari. l. congruit
ff. de offi. præsi. & in authen. ut nulli iud. in pri.
& cum de iudicis honore agitur, an benè, uel
malè iudicauerit. l. eos. §. fi. l. iudicibus. C. de
ap. Bar. in. d. §. hoc autem iudicium in 3. oppo.
Nec est uerum quod facultas probationum an-
gustetur, ex quo sit termini assignatio habilis
ad appellationem prosequendam, intra quem
possit cōmode probare, id quod intendit, ut
in. d. c. cum sit ro. not. Non ob. ultimum de-
niq; quia esto quod ex causa prouisione iudi-
cis adhuc terminum assignantis, ad appellationem
prosequendam appellans id facere cogi-
tur, non propterea eidem ius tolli tempore di-
cetur, ex quo nec est modus inducere uel tol-
lende obligationis, ut in simili dicitur in. d.
§. placet.

Præstatq; nobis decretalis ista argumentum
ad multa, & maxime, quando id quod dicitur
in uno. c. dictum est etiam aliis in locis multis
ut hic de delegato, quod nō ob id dici debet
superfluum tamen ex quo hic apertius dicitur
quā alibi, ut hic But. Io. And. & Imo. aiunt
scopulum sic uitantes §. quibus in prima Cod.
consti. subinde tamen ad id nihil allegante,
ideo dic tu, quod est casus pro ista limitatione
ad. d. §. quibus in l. fi. ad fi. C. de pac.

Et q; quis ordinarius à delegato differat mi-
tum, ex quo unus iurisd. ordinariam exerce-
eamq; iure proprio habet alter uero alieno, &
iurisdictione eius qui mandauit utitur. l. mo-
ratorū. ff. de iu. o. iud. l. i. §. qui mandatā. ff. de
offi. eius cui man. est iu. nihilominus quantum
ad istud de quo hic, hoc est quantum ad ter-
mini assignationem, ut appellans appellationem
prosequatur, nulla est inter eos differentia. d. c.
cum sit romana.

Et quod terminus qui appellanti præfigitur, ad
ap. prosequendam debet esse congruus, alijs
grauaretur appellans, & ut etiam legitur. c.
per sonas supra eo. & in. d. c. cum sit ro. & hic
clarissim quā alibi.

Et quod dictio ex tunc, denotat momenta-
neam computationem, lapsum temporis, & a-
tremum, cle. i. ubi glo. ex tunc de iure pat. l. 4.
ff. de cond. & de multa Alex. in. l. colum. 2. C.
de codicil. Gui. papæ decisio 588. ad fi. Idem A-
lex. consi. 1 1. colum. fi. uol. 6.

Et quanquam vulgo dici soleat, quod à pri-
uatione ad habitum impossibilis est regellus
l. homo liber. ff. de sta. ho. l. qui res. §. aream. ff.

Equilib. Mantua

de sol. & liqueat quamprimum à delegato est
appellatum ipsum omnem iurisdictionē à se ab
dicasse, si appellans appellationem fuerit prose-
quutus quod tamen illam reasumit, si appella-
tionem deseruerit, ut hic per Abb. & alios, &
latius not. in .c. cum appellationibus de ap. in
6. Finis.

ALEX. III. ARCHIEPISCOPO.
Terracon.



Ccepta conquestione ca-
nonicorum Papillen. &
infra nō debet ad eos cau-
sa remitti, nisi partes con-
senserint, à quib. noscitur
appellatum.

Dubitandi rationem faciebat, quod immò
causa remitti possit iudicibus à quibus est ap-
pellatum, tex. in. c. ut debitus infra eo. & in. l. in
tra utile. ff. de mino. ubi utrobiq; casus ad lite-
tam. Secundo dubium faciebat tex. idem di-
cens in. c. ad reprimendam de offi. ordi. & in. c.
ab excommunicato de rescip. & in .c. per tuas
de sen. exco.

Contrarium tamen deciditur hic, inq;
decretali nostra, quod imò causa remit-
ti ad eos non possit à quibus noscitur ap-
pellatum, nisi partes consenserint, & ratio de-
cisionis est quod remitti non posit. quia appel-
lato iniquitatem arguit l. i. in princ. ff. de ap. l.
præfecti etiam prætorio ff. de mino. de iniquita-
te propria quis iudex esse non potest d. l. præfe-
cti etiam prætorio l. in causæ. §. nunc uidendū
& utrobiq; Bal. ff. eo. ergo. Et quia suspectus est
quasi per appellantem iniuria sibi illata fuerit
l. fi. in fi. C. quando prouo. non est ne. consensu
partium autem sic, quia legum austaritas, in ta-
libus potest pactis litigantium mitigari l. fi. in
fi. C. de tempo. & repa. ap. & quia unusquisq;
renuntiare potest, his quæ in fauorem eorum
introducta sunt l. si quis in conscribendo. C. de
pac. c. ad apostolicam de regula. & transeun. ad
religio.

Ad opposita respon detur, non obstare nō
primum quia id uerum est & iura illa loquunt-
ur speciali casu, quando appellatio iniusta pro-
nunciata est, & si appellatus uelit, ergo non re-
gulariter c. præsentii §. loca de præb. in 6. l. ius
singulare l. quod uero contra ff. de legi. Non se-
cundum quia dictis casibus etiam remittitur
quis si fuerit excommunicatus absoluendus,
sed non examinandus, & consequenter, quia
non grauatur tunc tolerabile esse uidetur lōge
alienum à casu nostro.

Præstatq; nobis hæc decretalis argumentum
ad multa, & maxime, fieri non debere quod fa-

In secundam decret. partem 34

Etum non relevat l. hæc stipulatio §. diuus ut
lega. no. caue. causamq; committi iudicibus à
quibus appellatum est, quia cognoscere nō po-
terunt. Et ob id verbum non debet, exponitur
hic à doct. i. non potest.

Et quod coniunctio, nisi est exceptiuia signi-
ficans oppositum antecedentis, cui immediate
aduersatur, ut est uidere etiā in §. sanctissimas
in auth. de alie. & emphi. & in l. extraneo ff. de
ven. in po. mit. & in l. 3. ff. de custo. reo. & in l.
actione & ibi per doct. C. de transac.

Et quod satisfactio voluntatis, cuicunq; ma-
gnum est interesse l. pe. ff. de condic. ob. cau. l.
fi. ff. de uia & hab. §. præterea inst. de actio. Bal.
in l. i. col. 6. C. de ser. fu. & in l. pluribus ad fi. ff.
de procu. eo ipso igitur quod partes consentiūt
hic sibi præjudicant, non aliis, & damnum qđ
quis sua culpa patitur sibi imputatur, ut in re
gu. damnum de regu. iu. in 6.

Et quamvis partes dixerit in nu. plurali, qđ
tamen solo partis appellantis consensu etiā re-
missio fieri poterit, & nimur quia sibi tantū
erat suspectus, ex supra dictis.

Et q; deniq; numerus pluralis, quandoq; in
singularem resolvi potest de quo etiam in l. fal-
sa demonstratio in §. fi. ff. de condi. & de. Bal. in
l. quamvis & in l. cum quidam col. 3. C. de im-
pub. & al. sub. maxime quando ratio non repu-
gnat & materia fauorabilis est, ut hic, & decla-
rat Corn. consi. 3 20. ad fi. uol. 3. Finis.

G R E G O R I V S I X.



N quisationi t. t. r. quod
quotiens clausula per quā
tollitur appellationis re-
medium, in medio litera-
rum ponitur, si sunt plura
negotia se minime con-
tingentia, tātum præmissa complectitur,
nisi forte in fine literarum prædicta clau-
sula iteretur.

Dubitandi rationem faciebat in hac decreta
li tex. in l. talis scriptura ff. de leg. i. ubi clausula
in medio posita, refertur ad præcedentia & se-
quentia. & in c. secundo requiritis supra eod. &
clarissim in l. 3. in §. filius inter medias ff. de lib.
& posthu. Et quia regulare est etiam ex medio
extrema coniungi l. fi. C. de natu. lib. l. tria præ-
dia ff. de serui. rusti. præd. Anch. consi. 3 88. col.
i. ergo & clausula hic in medio literarum posi-
ta, ap. remota.

Contrarium tamen hic deciditur, quod imò
ad præcedentia tantum referatur. Et ratio deci-
dendi est, quia cum sit accessoria ad commisio-
nem, & accessorium sequatur naturam suipri-
ma.

cipalis, nō poterit de iure nisi ad ea referri l. cū principalis ff. de reg. iu. c. accessoriorum eo. tit. in 6. & maxime quia tollit defensionem (appellatio enim est defensio c. suggestum supra eo.) de fensio est de iure naturali l. i. §. cum arietes ff. si quad. paup. fe. di. l. ut uim ff. de iusti. & iu. ergo stricta fieri interpretatio, ut ad præcedentia tātum (sicut diximus) referatur.

Ad opposita respondetur, uera fore (omnia enim tendunt ad idem) quando non est rō. qua plus ad unum quam ad aliud referatur , ut in d.l. talis scriptura no. sed hic est ratio , quia negotia erant separata; ergo non ad omnia refertur, præfertim etiam quia medium non conueniens extremis, impedit qualitatem extremonū & inhabilitas medii, inducit inhabilitatem in extremo, ut declarat Bal. in auth. si quas ruinas in f. C. de sacrofanc. ec. & in l. si auia C. de iure deli. Fulg. conf. 45. in prin. Ang. con. 110. colū. 6. Et in medio literarum diximus, quia si in fi. dicta clausula iterata fuisset (ut hic subiicitur) secus esset, & ad omnia foret referenda.

Præstatq; nobis hæc decretalis argumentum ad multa, & maxime ad uulgatum illud, quod ex separatis non infertur, de quo etiam in l. papinianus exuli ff. de mino. & in l. naturaliter in §. nihil commune ff. de acqui. po. quia clausula adiecta in uno capitulo, non intelligitur repetita in alio, si sint separata, seq. minime contingentia ut signanter per istum tex. inquit An cha. conf. præallega.

Et quod in iure nihil superfluum esse debet §. quibus in i. C. constitutio. argumentum in l. uerba C. de dona. & in l. fi. C. qui adm. pulchrè Bal. in l. i. ff. de lib. & posth. usq; adeo ut d. clausula hic ap. remota debeat aliquid operari, ex quo decretalis ista posita est, post illam, ut debitus supra eo. ubi nihil operabatur tunc, sed apponebatur in rescriptis ad cautelam & bene l. si quod ff. de leg. i. c. si papa de priui. in 6. Bal. in rub. C. de contrahen. emp. in 9. q.

Et quod in dubio iurium correctio est uitanda l. i. C. de inof. dot. c. cum expediatur electio. in 6. nisi expresse fiat l. fi. C. de indic. uid. tol. in prin. nec c. i. stud per d. c. ut debitus corrigi, cū non dicatur expresse, & quod ob id d. clausula operatur aliquid, licet d. tempore, ad cautelam (ut dictum est) in rescriptis apponetur, & latius ut ibi no.

Et quod coniunctio nisi (ut dicebam etiam supra in c. præcedenti) est exceptua significans oppositum antecedentis, cui immediate aduersatur, ecce q; ad omnia referatur clausula appellatione remota iteratur in fi. litterarū, alias non si in medio posita sit & nouissime ppter adducta ibi, tradit Bertran. & declarat conf. 362. num. 5. uol. 2. Corn. con. 193. colu. 2. uol. 4. & in formulis prætoriarū exceptionū ad gpo

situm sic dicitur, (ut inquit Ci. ad Q. Frat.) Vir omni laude dignus nisi iracundus sit.

Et quod deniq; iteratio plurimum operatur ut clausula scilicet appellatione remota, que in medio literarum posita non poterat referri nisi ad præcedentia, si in fine iteretur, referatur ad omnia, ut etiam Abb. inquit in c. extirpante in §. quia uero colum. 6. de preben. multa hic, sed in firmo pede, melius & firmius in. d. §. quia uero, & trita conclusio est, amplius in. l. si idem cum eodem, & ibi per docto. ff. de iu. o. iud. quod clausula in fi. posita ad omnia refertur, ergo multo magis (ut diximus) iterata argumentū in l. balista ff. ad treb. in simili de mōra Bar. in l. si insulam col. 4. ff. de uer. ob. Finis.

DE CONFIRMATIONE VTI LI VEL INUTILI.

ALEX. III. VIGORIEN.

Episcopo.

E confirmationibus autē Romani Pon. volumus te tenere, quod contra illas (nisi nouum ap. se. procedat mandatum aut certū sit, quod sint per falsi suggestionem elicite) non est aliquatenus iudicandum.

Dubitandi rationem faciebat in præsenti casu, quod dicitur in c. fi. infra eo. ubi collatio ecclæ alteri facta, per legatum & per papam confirmata ius diocefani non lredit, ergo de confirmatione papæ poterit cognosci, & hinc est etiā quod de validitate ipsius poterit iudicari, quia religiosus impetravit, super temporali administratione, uel si laudum arbitrorum rufum confirmatum fuisset c. ad nostram c. examinata infra eo.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio decisionis est, quia non æque conuenit, ut ab alio iudicetur, ille qui est supra omnes iudices, & ordinarius omnium ordinariorum. c. cuncta per mundum .c. per principalem 9. q. 3. argumentum in l. deprecatio ff. ad legem rhod. de iac. & in c. nouit de iudi. & in cle. ne Romani de electio. & maxime quando confirmatione facta est ex certa scientia, & cum cause cognitione, ut communiter tenetur hic & in c. cum uenissent de iudi.

Ad opposita respondetur facile non obstat primum quia loquitur in confirmatione facta simpliciter non adhibita cause cognitione, et q; argumentum in c. fi. de rescrip. in 6. ergo non si contra facta fuisset, & cause cognitione adhibita, & ex certa scientia, ut hic, & in d. c. cum uenissent.

uenissent. Non secundum quia impetrans ibi se regularem fuisse tacuit, & male. c. super literis de rescrip. l. pe. C. si contra ius uel util. pub. Non tertium & ultimum deniq; quia nec id erat confirmatum modo quo hic, sed in forma communi, ergo nimur si cognosci poterit, & ut iura met ubiq; dicere uidentur.

Præstatq; nobis decretalis ista, argumentum ad multa, & maxime in lege plus dictum aliquid fuisse & minus scriptum, quoniam clausula ex certa scientia mentio facta non est, & tamen communi omnium sententia subintelligitur, ex quo de confirmationibus Papæ ita factis nullatenus est iudicandum.

Et quod ob id perinde est, ac si dictum fuisset confirmationes factas de plenitudine potestatis, ex quo d. clausula illi equiparatur ut not. in c. innotuit de electio, Bald. in l. eos .C.

de ap.

Et quod casus exceptuati à regula firmant eam in non exceptuatis l. quæsitum. §. deniq; ff. de fun. inst. instrumentoq; lega. not. in c. cū dilecta infra eo. quia si nouum ap. se. mandatū procederet, uel per falsi suggestionem confirmationes elicite fuissent, securus.

Et quod coniunctio nisi est exceptua, significans oppositum antecedentis cui immediate aduersatur, ut dicebam etiam proxime & in c. accepta supra eo. & nouissime præter dicta ibi in l. i. C. qui pro sua iu. & in l. a. iudice C. de iu. di. & in l. legati ff. de offi. proconsu.

Et quod deniq; papa habet plenitudinem potestatis, quam sibi reliquit Christus, in Petro, usq; adeo ut sit quicquid ipse voluerit, lex & pro ratione uoluntas c. ita dominus 19. d. c. omnis & ibi Car. Alex. 23. d. Boe. consi. 20. nq. 18.

F I N I S.

Folium	linea	Error	Correctio
3.col.i.	22	cohartari	coartari
col.3.	3	potiusq;	potius q̄
4.col.i.	29	fentenii	fententii
3.	27	iuitentur	inuitentur
6.col.i.	7	& ipse	& ipse
col.2.	28	equipparātur	equiparantur
	50	municcp.	municip.
col.3.	53	ultra tū	(ultra eū) (tur
8.col.i.	43	de passione	depassione cōferū
9.col.3	30	oiuile	ouile
	34	argumentum	argumenti
col.4.	39	operetur	operatur
10.col.i.	29	dignoscatur	dignoscantur
11.col.2	27	canōnicum	canonibus
12.col.2	27	dubiandi	dubitandi
	45	decisions	decisionis
13.col.i.	1	eam	ea
	10	memores	memores
	41	intl.	in.l.
	pe.	super	supra
col.4.	26	ocum	locum
16.col.2	4	diœcesi	diocesi
	25	diœcessis	diocesis
	27	diœcessi	diocesi
	31	diœcessi	diocesi

Folium	linea	Error	Correctio	
	55	potente	petente	
col.4.	47	estī	est.	
17.col.2	pe.	promittēdi	promittenti	
18.col.3	15	quare	quia	
	47	tenetur	tenet	
col.4.	26	ista	isto	
19.col.2	3	limitaita	limitata	
	10	decitur	deciditur	
col.4.	33	debet	debit.	
20.col.2	19	defeu.	defuncto.	
	col. 3.	2	ngelis	Angelis
21.col.3	vlt	reuocata	reuocatur	
	40	nec	ne	
	45	in in	in	
22.col.1	51	deg.	de reg.	
24.col.3	pe.	teibus	testibus	
	33	diuino	diutino	
25.col.3	3)ut inquit	(ut inquit	
28.col.2	20	cleriter	celetiter	
	34	efficiantur	efficiant	
29.col.1	pe.	consulutorū	iureconsultorum	
col.2.	8	hoc	hæc	
31.col.3	19	in ui no.	in ius uo.	